

A B A K H Ξ, carens uoce, mutus.
Abacus, mensa structoria, & co-
 quinaría, inseruiens culinis.
 ἄβακτος, terebella, chirurgicorū instrumē-
 tum apud Iulium Pollucem.
 ἄβαρτία, insatiabilitas, nostri bolismū uocāt.
 ἄβάσ, facer morbus.
 ἄβασάνισος, inuulnerabilis.
 ἄβαδάμα, τὰ, bellariorum genus.

A B D

Abdomen, Lege, Sumen.

A B G

Abgas quid sit, uide dictionem. **Armatura** conceptus.

A B I

Abietis quę sit natura, item quę sit abies fu-
 sterna, & sappinea, require apud Vitruui-
 um lib. 2. cap. 11.
 ἄβιν, ἴνοσ, picea, uel abies.
 ἄβιόλν, semen.

Abiotes, cicuta apud Dioscor. lib. 4. cap. 82.

A B L

Ablaqueare, a lacu deriuatur: & est, quan-
 do terra refossa, radices superiores recidi-
 mus. est autem circumfodere. Itali excodi-
 care appellant, ut docet Palladius, id est,
 circa uitis eodicē, dolabra diligenter ter-
 ram aperire, & purgatis omnib. ueluti la-
 cus efficere: ut solis teporib. et imbrib. pro-
 uocentur. Itaq; a lacubus deductū est uer-
 bum ablaqueare. Vnde ablaqueatio. In-
 de ablaqueate uites, & uineę dicuntur. Vi-
 de Columellam lib. de Arb. cap. 5.

Ablaqueata uocantur, ab radicibus excisa. Utuntur hoc uerbo rei rusticę scriptores.

ἄβλεψία, cæcitas.

ἄβλωβήσιον, abortus.

A B O

Abolita appetentia uocatur, cum quis nihil omnino appetit. de morborū symptoma- tis lib. 1. Galenus.

Abortus uocantur, quę prope tempus pari endi eueniunt effluxiones.

Aborsus uero, quę primis mensibus, conce- ptu exorso, fiunt.

ἄβρασα

A B R

ἄβριπτόσ, surdaster.

ἄβροχία, siccitas.

ἄβρόμιος, abstemius, alias, ἄκοινος, sine uino.

Suidas, χωρισ οίνου, ἢ ἄκοινος. i. sine uino.

ἄβρωτον, quod minime est cariosum.

A B

Abrotone, Lege, Cochlea.

Abrotonon, & ipsa passim nota herba. Ce- lebratur a Dioscor. lib. 3. cap. 27. Plinio itē lib. 27. cap. 7.

ἄβρωτον, non idoneus ad edendum.

A B S

Abscessus, est mutatio corporis ex inflam- matione, in materiam purulentam.

Abscessus in uulua est, quum dolor inmen- sus est, & pulsus fiunt, cruciatus quoque ad inguina usq; & lumbos protenditur, fe- bres item accidunt.

Abseudos, cicuta apud Diosc. lib. 4. cap. 82.

Abides, siue ut Gręci uocant ἄβιδισ, fornices sunt et curuaturę, in curribus proprie.

Dicuntur uero ἄβιδισ, quia rote cū uoluuntur, contingunt terram. Sed in cœ- lo capiuntur pro circulis fere, qui ecentri- ci, siue quod idem est, ecentri, Ptolomeo, Proculo, Theonib; dicuntur. Id aut quod **Absis** ima nominatur ueteribus, recētor- es barbare Augem, & contrarium Augi- locum appellant, Ptolomeus Apageon, & Epigeon; in hoc a Plin. diuersus, quod moueri hęc præterquā in sole noluit, Plini- us immobilia ea in signis quoq; suis facit.

Absinthiomenon, **Abrotonon** apud Dio- scoridem lib. 3. cap. 27.

Absinthium, herba uulgo cognita. **Vires** e- ius lege apud Dioscor. lib. 3. cap. 25.

Absinthium, abrotonon apud Dioscor. lib. tertio. cap. uicesimosextimo.

Absinthium Rusticum, idem quod Ponti- cum, ut inquit Marcellus Vergilius; sed nullam habet ea appellatio rationem.

Absinthium Rusticum, alibi **Aristolochia**, apud Dioscor. lib. 3. cap. 5.

Absinthium Santonicū, cum gente nomen inuenit. Santones enim in Gallia populi, ultra Alpes sunt.

Absinthium Centonicum, id est, **Marinum** apud Dioscor. lib. 3. cap. 26.

Absinthium dulce, **Anethum**.

Absinthium Marinū, quod aliqui **Seryphi- um** uocant. Vide Dioscor. lib. 3. cap. 26.

Absinthium Marinum etiam **Sticas** citrina inscribitur apud Dioscoridem.

Absinthium Ponticum, sic dictum a Ponto in quo pecora pinguescūt illo, & propter ea sine felle reperiuntur, ut inquit Plinius.

Absinthium Ponticum, **Abrotonon** est, a- pud Dioscor. lib. 3. capite. 27.

Absinth L. O. uimū Manar

Absurguntia index Acty to 1 Gal.

Absurgente Cozn.

Absinthia ubi pny 109 Gal.

Thibard uel Cozn

A B A C

A B T

Abtanus, uentus flans ad sinistrum ipsius austris. Vitruuius.

Abterranei uenti, e terra excitati, & mare uersus se diffundentes. Vide, Apogei.

Abulas aquas, thermas uocat Gal. s. Meth. Abutonon, id quod Abrotonon, apud Dioscor. libro. 3. capite. 27.

A C A C

Ακακαλις, fructus est nascētis in Aegypto fruticis, feminis Myricæ quadamtenus similis. Paulus Attalida nominat. Gal. ubi meminerit, incertum est. Nomen frutici a Nympha datum credit Barbarus, quæ ab Apolline cōpressa, Phylacidem, & Phylandrū ediderit in Creta, miraculo ab Elyrois populis confectio. Nutritos a capra eos fuisse, autor Pausanias.

Acacia, & arbor est Aegypti sic dicta, & spina: non ea ex qua sepes hodie muniunt, ce-rasa adstringentiā et præmara ferens. Officinæ arborem uocant, quæ gummi arabicū defudat. Vocatur & Syria spina. Spissatur & ex arbore, & ex spinæ fructu: succus adstringendi uires habens. Nunc Acaciā etiam ex pruno syluestri colligit Officinārum desidia.

Acaciam uerā, id est, ex Aegyptia spina factam, quam lachrymā Cyaneam primus uocauit Andromachus, puto etiam in Italia deesse, sicuti & uerum Balsami lignū.

A C A L

Acaltha, proxima uiolis, concolori amplitudine, uincit numero foliorū marinam, quinq; foliorum non excedentem: eadem odore superatur.

Acalyphe, urtica apud Dioscor. lib. 4. cap. 95.

A C A N

Acantha, idem quod Acanthion. Lege Acanthion.

Acantha leuce, spina alba. Dioscor. lib. 3. ca. 13.

Acantha, siue Acanthos, topiaria, et urbana herba, elato, longoq; folio, crepidines marginum, assurgentiumq; puluinorū toros in hortis historiali facilitate uestiens, de qua uide Dioscor. lib. 3. cap. 18.

Ακανθοβόλα, instrumenta Chirurgiæ, spinis piscium educendis, quæ in gurgulione hæserunt, idonea.

Ακάνθια. Sic uocari cicades quasdā in Gregorum libris inuenitur: non quia, (ut Sui-

Acacia terna in libro 3.

Acacia uini Afformis

Acacia massali de piscibus

A C

das inquit) species sit hæc insecti illius, sed epitheton est potius abuersantis inter spinas. Celsus lib. 9. cap. 31.

Ακανθιλις. Theodor. alibi argatulem uertit, Alibi ligurinum, Alibi spinū. Est auis colore quidē ignobilis, sed cantu amoena. Vnde paremia. Acanthide uincit cornix. Acanthion, cicadæ genus mutum est. forte ab Acantha urbe, in qua non stridere ab

Scriptoribus rerū mirabiliū feruntur. Vnde forte prouerbio locus. Ακάνθιος τ'ε'η'ε'. Acanthion spinula, albæ spinæ simile, folijs aculeatis per extremitates, & lanugine arenosa obductis: quæ collecta & in unum, aceruata, Bombicis effigiem præbent. Dioscor. lib. 3. cap. 17. Plin. lib. 24. cap. 12. Acanthion. Capparis apud eundem Dioscor. Ακανθος, Acanthus, acer Theodo. & spina dicitur.

Ακανθοχοιρος, Echinus terrestris.

A C A P

Ακαπναξυλα, id est, arida ligna: cum his, uel cum carbonibus, Gal. mel despumare præcepit lib. 4. de tuend. ualet.

Ακαπνος. Lege rhapsodiam Maioranæ.

Acapnos. Maiorana apud Dioscori. lib. 3. capite. 45.

Ακαρς, candidum animal quod in lignis nascitur.

Ακατάλις, parua Juniperus.

Ακατέρα, Juniperus magna.

Acaulos, Phyllitis apud Dioscor. lib. 3. cap. 110.

A C C

Accessio, Lege. Paroxismus.

Accysiton. Alysson est apud Dioscoridem libro. 3. capite. 104.

Accipitrum genera, Buteo, Symbuteo, Triorchia, Hypotriorchia, Perca, Friagillarius

Aesalus, Orcus, Asteria, Rubetarius, Chalcus.

A C E

Acenteta, puriores crysalli, teste Plinio.

Acentra, duricies clauo similis in arbore, ascijs, ferrisq; inimica.

Acerbū oleum, id est, oleum omphacinū.

Aceros, rubus apud Dioscor. li. 4. ca. 147.

Ακεσις. Medicina. Ακεσιμοσ, Medicinalis.

Ακεσιμα, Medicamentum.

Ακεσοδινος, doloribus medens.

Acestides, fornaces ferreæ prægrandes, in quibus Cadmia aduritur, apud Dioscor. libro. 5. capite. 75.

Acchia piscis Manard.

Acchia super Man. Cor.

Acia arbor Rull.

Accid. ha. an. 10. 6. 1.

Acacia terna in libro 3.

Acacia uini Afformis

Acacia massali de piscibus

Acacia medicabilis
Acacia simula
Acacia capiti acco
Acacia dicitur Co
Acacia Plestru
Acacia ad infirmit
Acacia gluta
Acacia genupendent
Acacia de ex coxarū
Acacia & Latenz Pin
Acacia quod in cellis
Acacia uerum Acerabul
Acacia ab infirmit acci
Acacia uocant u
Acacia Quanz & men
Acacia quod Coch
Acacia Acerabulum co
Acacia teste Paulo, he
Acacia 24. drachmas
Acacia Acerabuli me
Acacia gnificatur pa
Acacia Hemina uero
Acacia Acerabulum,
Acacia Dioscor. lib. 4.
Acacia Aceraria uocant
Acacia duntur ex aceto
Acacia nos suos quos
Acacia aceto, ut quidam
Acacia do, quali accepto
Acacia duntur, sine re
Acacia mel uocat, sed
Acacia Acetosa, Amp
Acacia 24. drachm
Acacia Acetosa mino
Acacia huius, id est,
Acacia Acetum, uir
Acacia xuriam cessa
Acacia tum sine q
Acacia fer. De aceto
Acacia Aceti multi
Acacia libro. 5. cap.
Acacia Acetum Scilla
Acacia tum, dicitur
Acacia eius conficien
Acacia cap. 6. Apud
Acacia libro. 5. ca. 14.
Acacia Aceti bachi
Acacia 24. drachm
Acacia 24. drachm

A C

A C

ἀκίσοσ, medicabilis.

Acetabula, sinuosa ossa quæ circa ilia coxarum capiti accommodantur. Caput autem coxæ dicitur Cotyledon. Vbi fit commissura hæc, Plectrū coxæ uocatur. Carnes ab ea ad inferiora defluę, Hypoglutides, qua si sub gluto, id est, Vertebra. Coxa tota ad genu pertendit, a græcis dicta μύροσ. Vnde ex coxarū pulchritudine Callimerus, & Lacenæ Phænometides nuncupatæ: quod incessu partem hanc retegerent. Cæterum Acerabulū, quod græci ὄξυβάφορ ab intinctu aceti nominant, aceto dicatum uas, uocabant ueteres, testis Athenęus. Quanc̄ & mensuræ quoq; genus significat, quod Cochleare uocamus.

Acetabulum continet cyathum unū semis, teste Paulo, hoc est, drach. 15. Sunt qui ad. 24. drachmas ultra extendant, ad. 22. alij.

Acetabuli mensura cum dicitur, hemina significatur pars quarta, id est, drachmæ. 15. Hemina uero quid sit, uide Hemina.

Acetabulum, herba Cotyledon, est apud Dioscor. lib. 4. cap. 93. & 94.

Acetaria uocantur, quæcunq; cruda manduntur ex aceto, oleo, & sale. Quanc̄ hortos suos quoq; acetaria uocabant: non ab aceto, ut quidam rati sunt, sed ab accipiendo, quasi acceptaria.

ἄκοιτορ, sine retrimento. Sic Plinius lib. 12. mel uocat, sedimento carens.

Acetosa, Ampfferkraut, Saurampffer, ὄξυλάπαθορ Græcis dicta.

Acetosa minor, Acetofella, Acedula, Alleluiah, id est, Gauchampfer, Buochampfer.

Acetum, uini quidem uitium est, sed ad luxuriam cessit hominibus, tot ad usus expetitum, sine quibus uita mitior exigi nō posset. De aceto uide Dioscor. lib. 5. cap. 14.

Aceti mulsi iuuaementa lege apud Dioscor. libro. 5. cap. 15. & Plin. lib. 14. cap. 17.

Acetum Scillicitum, & Scillinum, & Scillatum, dicitur σκιμιτῆσ græce. Modum eius conficiendī lege apud Dioscor. lib. 5. cap. 18. Apud Plin. lib. 20. cap. 9. Colu. lib. 13. ca. 34. Palladiū in Iulio mense ca. 8.

Acetū Stichadicū, est apud Dios. li. 5. ca. 45. ἄκευμα, medicamenta.

A C H

Achamenis. Polium montanum apud Dioscoridem libro. 3. capite. 122.

Acharistos, cui digna gratia referri non potest, Antidoti modo apud Aetium sermo-

ne. 13. Meminit eius & Nicol. prepositus.

Achates, lapis in Creta reperitur, uitreā habens perspicuitatem, myrrhæq; odorem.

In Sicilia tamē repertus primū. A Creten sibus uocatur & Carolachates. In die aialium facies habet & syluarū. Solinus ca. 11.

Achelous gignitur ex Pindo, gignens Galatidem lapidem. Solinus cap. 12.

Achetæ, maiores cicadæ.

Achillea, de qua lege Diosc. lib. 4. cap. 39.

Achillion, Millefoliū apud Dios. li. 4. ca. 116 ἄχο. Lege. Casia.

ἄχώρεσ, manantia capitis hulcera, quæ fiunt in ipsa capitis cute, tenuissimis ferrumentis cutem perfricantia, ex quibus sanies effluit glutinosa. Notum mali genus, pueris imprimis procliue admodum. Nostrates quidam a tinearum in uestibus similitudine, Tineas appellant.

Achariston, aduersus fluxiones & pectoris uicia medicamētum: quod si interpreteris, sonat, sine gratia: uel ut Nicolaus interpretatur, sine munere. fortasse: quia gustum afficit non adeo.

Achrades, ut græci dicūt ἄχρασ ἔιδλοσ ἔσιρ ἄωίου, id est, Achras species est pyri, cuius meminit Aristophanes. Olim Trasibulus (quod annotatu dignum est) cum deberet contradicere Lacedæmonijs legatis, muneribus corruptus, simulauit se comedisse achradas, id est, pyra syluestria, & ob id loqui non posse. Columella lib. 7. cap. 9.

ἄχρασ, Pyrastrigenus est, quod tardissime maturefcit. Vocatur & pyrastrum. Iuuaementa eius lege apud Dioscor. libro. 1.

ἄχειροίσ, manibus incapabiles.

ἄχύμωτορ, oleum, quod cū colore, tum tenuitate, tum siccitate respondet his quæ assumuntur.

A C I

Acidamuria, oxalme, uel ὄξάλμη græce, ex aceto & sale cōflatur. Iuuaementa eius lege apud Dioscor. lib. 5. cap. 16.

Acidoton, Poterion, apud Dios. lib. 3. ca. 16

Acidus potus, syrupus acetotofus.

Acinos differt ab Acono, ut inquit Barbarus. Quia Acinos Ocimastrū est, siue Ocy mi syluestris genus: Aconos uero spinosa, breuis ac lata herba, Eryngiō a quibusdā contributa, spinis latioribus. Acinos familiaris Aegypto herba. Hanc Acinoen, & Acineam Plinius appellat, & Epipetron,

Ach. uis R. uell.

Achylus Manos. 3. u.

Achilles auuiga de f. uis Cozum.

R. uell.

Achynis uis R.

Manos. Cozum.

Achyra R. uell.

Apolla. R. uell.

Acida 7 f. uis R. uell.

Manos. Cozum.

Acini qd. a. uis R. uell.

Acinoen R. uell.

A. uis Cozum.

a ij

Apud Manos. Cozum.

Acharistos R. uell.

Achynis R. uell.

A C

namque florentem. Quamvis legendum fortasse illic, Apipetron: ut duo genera faciamus, Apipetron, & Acinum.

Acipenser

Acipenser, apud antiquos piscis habitus omnium molestissimus, unus omnium squamis ad os uersis, contra aquam nando meat, rarus inuentu. Plin. lib. 9. cap. 17. Gel. ακίσσος, cuspis, uel telum quod uulneri est infixum.

Acit aluum. legendum, cit, hoc est, mouet, conecitatque. Verbum Plinij prope peculiare in hoc significatu, & Colu. lib. 6. ca. 4.

Acit

A C M

ἄκμη, summa exercitationis intensio, summa naturae incrementum, uel precipuus uigor corporis uirium, frequens Gale. uocabulum.

Acme

A C N

ἄκνησις, spina quae lumbos diuidit, proprie in quadrupede: quamvis & Homerus de homine usus sit.

Acne

A C O

ἄκόνιτιον. Lege. Pomi nomen.

Acoeton, mel quod per se fluxit, ut mustum, oleumque. ἀπό τῆς κοιτης, quod lectum, cubileque significat. Vnde Coeton, id est, Dormitorium.

ἄκόλασος, intemperans.

ἄκομος τῆς κεφαλῆς, caluus.

Acontia, ex uelocitate dicta, teli modo serpendo ruit. Aelianus.

Acontia, Cenchrites, serpens est magnitudine duorum cubitorum, figura autem crassa in tenuem abeunte, colore uiridi, maxime iuxta aluum, ut milium colore referat, unde et Cenchrias, id est, miliaris appellatur. Aecius sermone. 13. cap. 27.

Aconitum uide apud Dioscor. lib. 4. ca. 79.

Aconos, lege dict. Acinos: De Acino meminuit etiam Plin. lib. 21. cap. 27.

Acinos

ἄκοπα, communi nomine a graecis cuncta illa remedia dicta sunt, quae e contra lassitudines in antiqua medicina conficiebantur. Sic dicta, quoniam contra κόπον, id est, labores in usu essent. Earum aliquam confectionem docuit Celsus libro. 1.

Acopi ex abietino semine compositione, uide apud Gale. 4. de sanitate tuenda.

Acopos, Anagyris Diosco. lib. 3. cap. 168.

ἄκοπος, gemmae nomen uitro similis, ac aareis guttis stellantis.

Acor, siue Acrementum, uel ὄμφαξ graece, uel Omphacium.

A C

Acor, qui in cera nascitur uermiculus.

Acor, acidus sapor. Lex. Vino uendendo est, ne aceat, ne muceat.

ἄκόνια, Acorna herba apud Theodorum.

Acorus, qui et Gladiolus, ἀφροδισία, Piper apium. Acorum, nam utrumque dicitur, folium Iridis habet, sed pediculum longior. Radices ei Dioscor. subalidas, Plin. nigras, minusque uenosas tradidit. Rarum inuentu, falso tradit Apuleius. Sunt qui radicem rubeam Acorum uocent. Nostri flores croceos, et luteos illi tribuunt. Quotquot ex ueterum Medicorum sunt scholae, Acori nomine intelligunt, non uulgarem illum Acorum, quem nos uulgariter omnes interpretamur Geelgilgen, sed radices quas hodie in officinis uocant Calamum aromaticum, contendunt esse uerum Acorum, & nihil minus quam calamum aromaticum.

ἄκος, medela, pharmacum.

ἄκοσις, Hordeum.

ἄκοσις, Hordeum.

ἄκρατεια, uitium stomachi, uidelicet quando non continet quod habet, uel sumpsit.

ἄκρεμων, uirgultum, ramus, germen, ramus praegrandis.

ἄκραίπαλος, quod ebrietati & crapulae resistit: cuiusmodi Amygdalas amaras, & Myrti semen esse ferunt.

ἄκριδες, locustae. Multae earum species. Est enim quae ὄνος appellatur, ἀπτερόσ ἢ μεγάλη λόκαλος, ut inquit Dioscor. lib. 2. id est, sine pennis, & praelongis membris. Hanc putant hodie uocari Bruchum, sata rodentem, & Attacon in sacris literis appellatum. Licet in Dioscor. ῥιφαχος legatur. Quod Ruelius Asiracon, alij Asitacon uerterunt, Vergilius Asiracon: Nicander uero Mastacem, Aristoteles Attelabon. Miror & ipse, cur Chrysostr. & alij, Ioannem baptistam contendant, nescio quibus herbis pastum, quae locustae dicte sint: cum palam id contendat Dioscor. Aphris qui Leptim incolunt, frequentem etiam cibum esse eius aialis, quasi pro aiali accepto, uescendo non fuerint.

ἄκροαλία, Vide, Acroconia.

Acrochordon, carnis super excrecencia, per angustum transitum habens. Gal. de Definit. Vide Thymus. Celso lib. 5. cap. 28. ἄκροχόρδον uerrucarum genus, sub cute coeuntium durius, & interdum paulo asperius, coloris eiusdem, infra tenue ad cutem latius.

ἄκροχόρδον

ἄκροχόρδον 3 r gal.

ἄκροχόρδον 3 r gal.

Acropolis *Pauli*
Acromiatus *Pauli*

A C

ἄκροχειρισμός, duorum cum summis manibus concertatio, Exercitationis genus secundarium apud Paulum Aeginetam li. 1. ca. 16.
ἄκρόδρυα τὰ, oēs fructus arborei. Gaius hoc nomine omnem fructum significari dixit. Proprie tamē *ἄκρόδρυα* uocantur, quae in ambitu lignosum putamē habēt: quod genus appellatione nucum apud Latinos continetur.

Acrocomia, brachij prominens summitas, aut humeri caput. Item Epomis, & Acrocalia apud Iulium Pollucem.

ἄκρομια, summi armī.
ἄκρόχειρον, summa, extremaue manus.

Acromphalia, umbilici mediana.

ἄκρομφάλιον, quod medium umbilici est.

Acron syluaticum, Achillea, apud Dioscor. libro. 4. capite. 39.

Acron Agrigentinus, Empiricus.

ἄκρωπίσ γλώσσα. Sic enim usus est in septimo *ἑπιδημιῶν* Hippocrates.

ἄκρωπιδία, præputium.

Acrospelon, Bromos apud Dioscor. lib. 4. capite. 141. tuen. sal.

ἄκρωτήρια, extremitates corporis. Aristo. *ἄκρωτήρια* appellat, extremam partem digitorum sub unguibus latentem, & extremam partem ossium.

ἄκρωθίνια, primitiæ frugum: quod hæc solent a summo acervo tolli.

A C R Y

ἄκρωλένιον, summum cubiti.

A C T

Acte, Sambucus apud Dioscor. lib. 4. ca. 184.

Acte agria, Ebulus apud Dioscor. libro. 4. capite. 185.

Actio, & Pathos differunt, quemadmodum id quod facit, & id quod fit. de quo uide Gale. lib. de symptomatum differentijs.

Actio, ledi dicitur quando afficitur, ac leditur ea pars, ex qua pendeat actionis facultas. Gale. lib. 3. cap. 3. de locis affectis.

Actio, motus efficientis dicitur. Gale. de differen. symptomatum: Motus uero rei quæ afficitur, Pathema, & Pathos. Plura de horum nominum cōtentione, uide apud Galenum libro & loco citato.

Actine, Bunium, apud Dioscor. lib. 4. ca. 125.

Actuarius Græcus autor, scripsit de ratione Vrinarum libros septem. Præter hæc (ut inquit Ambrosius Leonolaus) non hæcenus apud quenquam historicum, qui nos do-

Actiōy *ἰατρικῆς* *ἰστορίας* *Ru. 11.*
Actiō *Ru. 11.*

A C

ceret, qui uir is, & cuias esset, legimus. Sed tamen in ijs quæ ipse disputauit, clare spectare est, uiri diuinum ingenium, scientiamque rerum profundam, adeo, ut nemini cedens, aut metuens, aut obsecutus, sua minerva potius uigens, atque fretus, rem omnem prepositam doctissime uideatur explicauisse. Siquidem præter hosce septem libros, quide Vrini sunt, etiam magnum opus composuit, in quo oīs medicæ facultatis ideæ summa diligentia, & arte tractatæ continentur. Atque hæc Ambrosius Leonolanus.

A C V

Acus, purgamentum frugum, ex quo genere est Apluda. Plinius, Milij, & Panici, & Sisame apludam uocant purgamenta. Gellius tñ apludā interpretatur esse frumenti furfurem, furfureumque panem. M. Varro præcipit, gallinæ parturienti in cubilibus acus esse substernendum. Vide Columella libro. 2. capite. 10.

ἄκουστικοί, nerui quibus audiendi facultas perficitur.

Acuti morbi & continui. Lege. Morborum.

A C Y

ἄκυλον, Iligna, glans. *Ru. 11.*

ἄκυλον, genitale uocant idiomate Lydorū.

Acylonien, lichnis coronaria apud Dioscoridem libro. 3. capite. 113.

Acyron, Alisma apud Dioscor. lib. 3. cap. 170.

A D A

Adamas, Hyoscyamus apud Dioscoridem libro. 4. capite. 72.

Adamenos, Hyoscyamus apud Dioscori. libro. 4. capite. 72.

ἄδυναμία, inexplebilis edendi cupiditas. *ἰδιόφασος* *Ru. 11.*

Adarce fit in Cappadocia, Est autem concreta falsilago, humidis & palustribus locis, siccitate emergente, & harundinibus & herbis agglutinata. De qua uide plura apud Dioscor. libro. 5. capite. 128.

Adarce. Quid peccatum sit in hoc simplici, affatim ex scriptorū cōmentarijs produximus in commentarij nostri lib. 2.

Adarcion, & adarces, & adarcos idē quod adarce, apud Dioscor. lib. 5. cap. 128.

A D E

ἄδενον, conuoluta in seipsam carnis dura cōcretio, apparentque *ἄδενον*, tumet præcipue secundū aures in collo, alis, & femoribus. Nostra ætas male uocat Gangliā: qm̄ nō in carne, uerū in neruis fiūt Gāglia. aut. Plī.

Acubi in herb. Ru. 11.

Ru. 11.

Acus p. 116

Acus pastoris Ru. 11.

Adamas p. 116
Adaxifing ombaf.

Ad. in v. p. 116
Prob. Ap. 116

Adipos in omnia humida Gal. 10. 7.
Adiposa medicamentum q Gal. 10. 3. loc.

A D

ἀδνεος, in se conuolute carnis duriciēs, glandulæ: quæ cū induruerūt, χοιραδέλιος, i. strophule uocātur, teste Paul. li. 3. lege ἀδνεος.

Adipos suff. Gal. 10. 7.
Adiposa medicamentum q Gal. 10. 3.

Adeps ex habitus frigiditate gignitur, Gal. lib. 2. de Tempera. Adipis in quibus plus est, in ijs frigidū plus est q̄ humidū.

Adipos in Aegypti i null.

Adeps, atq; seuū, semper in fine carnis sunt: pingue uero inter carnē cutemq; liquidū.

Adepts, atq; seuū cōcreta sunt, ac gelascunt, fragiliaq; si refrixerint: pingue nō gelatur.

Adipem habent quæ non ruminant animalia: quæ uero ruminant, seuum. Vulgus Medicorum inuicem fere confundit.

Adiantum color rubrum loc.
Adiantum usup loc.

Adefeton, Alysson, apud Dios. li. 3. ca. 104.

A D I

ἀδίαντρον τό, herba dicta ab δίαίνω, quod nō madefiat etiam si mergatur, uulgo Capillus ueneris.

ἀδίαντιος, herba quā Theodorus Gaza Capillum ueneris interpretatur.

Adianton, Capillus ueneris apud Dioscoridem libro. 4. capite. 137.

Adianton, Trichomanes apud Dioscoridem libro. 4. capite. 138.

Adice, Acalyphe, uel urtica apud Dioscor. libro. 4. capite. 95.

Adijcialis cœna erat, adipalis & opipera, ab adijciendo.

Adipos cornu.

Adiporphyrides. Lege, Porphyrides.

ἀδία, sitis sedatiua.

Adipson, medicamentū quod sitim reprimit.

ἀδίασος, id est, sine siti.

Adipos.

Adipfos, palma in Aegypto uiridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Plinius libro. 2. capite. 22.

Adipos cornu.

Adipfos, Glycyrrhyza apud Dio. li. 3. ca. 4.

A D M

Adminiculato. Adminiculis fulcito, adiuratoq;: qualia sunt pedamenta & arbores ad uitem adminiculandā, fulciendāq;.

M. Tullius usus est in studijs Literarum, Tirone adminiculatore, hoc est, adiutore, auxiliatoreq;.

Columel. lib. de Arbo. cap. 16.

Admissarius equus, qui ad coitum & generationē destinatur. Inde Admissura, equorum & iumentorū coitus, apud Columellam.

Sunt igitur Admissarij, mariti equarum, qui admittuntur ad coitum. Admissarium periphraasi poetica decenter expressit Vergilius scribens. Quem legere ducē, & pecorū dixere maritum. Vide Colum. libro. 6. capite. 26.

Adoniu null.

Adoniu null.

Adoniu null.

A D N

Adnata quid in herbis sint, lege, Ala.

A D O

Adocetos, Paronychia, frutex apud Dioscoridem libro. 4. capite. 57.

Adolescentia est, q̄ diu augetur animal, assumitq; in eo caliditas & humiditas incrementum, donec æquales sint præcedentibus quæ superueniunt qualitates.

Pub. Apr. Adonis, piscis, qui & Exocætus.

Adorium, lingua Syrorum, Gingidium.

A D R

ἀδρα crassa, καὶ παχέα.

Adrachne, syluestris arbor, neq; in planis nascens, similis Vnecloni folio & fructu, tantum minore, & nunq; decedente, præterquā ab imo.

Male usurpatur a quibusdam pro ἀνδράχνη apud Theocritū, quæ est Portulaca herba, ut inquit Herm. Bar.

ἀδρόν. Lege, εὐτραφέος.

Adrianum, nobile antidotum, inuentore, ut existimat Nicolaus, Imperatore Adriano.

Inuenerunt enim olim & Reges, et de monstrarunt hominibus medicamenta: quemadmodū pluribus id egimus in præfatione Herbarij nostri germanici.

Adriapop null.

A D S

Adstricta febris, græce σεγνόν, quæ fluidæ contraria est, nihilq; ex se remittit: qualia sunt aluus, urina, sudor, pituita, & si qua sunt alia quæ excerni consueuerunt.

Vox a fictilibus trāsata, in quibus Græci σεγνά dicunt, quæ nos curta, nec rimosa, aut uitio aliquo rara.

Adipos cornu.

Adipos cornu.

ἀδία, pudenda.

ἀδίοικη, quæ pudendis adnascuntur hulcera, apud, Paulum.

ἀδίοιον ἀρρενον ἐλάφου, genitale masculi cerui. Vide Dioscor. lib. 2. Paulum lib. 6.

ἀδίοιον, pudendum, testiculus, penis.

ἀδίοιπαλμοσ, morbi pudendorum.

AE G A

ἀιγάγριος, Caprea.

AE G I

Aegialitis, harena.

Aegina, periclymenō apud Dio. li. 4. ca. 16.

Aegitis, Anagallis.

AE G O

ἀιγοκέρας, οὐρα καὶ βουκέρας καὶ τίλις.

ἀιγοκέρας. Lege, Aegoceros.

Aegoceros, fenūgræcū, transumpto nomi-

AE
ne a capitis cornu, en
a tubali cornu Bucer
piper, Capricornus
frumigerum.
Agropyron, Lithosper
scidum lib. 2. cap. 11
Agropyron, Capricorn
piper, habens oculu
AE G
Agropyron, est habitus m
piper, uel albus parus
oculis, uires immu
Agropyron, morbus est i
tinnare & languore.
Arago, Scolicia gener
scidum lib. 5. cap. 11
Arago ralis, quom
pud. Dioscor. lib. 5. ca
Arago amica, hoc e
cis Chrysochoo, & C
& ferrum am, qu
Arago ferri, hoc est
humido ferri, claus
AE O
Agropyron, filula parua
piper, est capri signi
Agropyron, capriam
Arago, aut figura, sed
hinc animalis propria
Agropyron, abscellus est
sub ipsum palpebra u
hocum, ut ait Celsus.
Aegilops, ab arena d
fus inter nares, & an
lorum, per quæ p
negligatur, ad ossa
Differt ab Aegilop
est, hordeum, uulge
Et Galenus inquit
illus, oblongus, &
nolum, hoc est, ut an
hocum. Officit tum
Aegilops, siue Ancy
tinet palpebre coal
ut non potest oculu
tinnis morbus est.
Aegilops, angulo nat
piper, aut didici pa
brum anagallis ha
hēt Aegilops, Ancy
aut unguis, habet
Aegilops, aut unguis

AE G

ne a capitis cornu, etiam si Theophrastus a bubali cornu Buceron denominauerit. *αἰγόκερος*, Capricornus, alias Aegoceros Fœnumgræcum.

Aegonychon, Lithospermon, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 159.

αἰγώνυχον, Caprunga herba, Theodoro. *αἰγοπόσ*, habens oculos caprinos.

AE G R

Aegritudo, est habitus morbosus totius corporis, uel alicuius partis. Vel est morbus imbecillis, uires imminuēs. Gal. de Defin.

Aegrotatio, morbus est inueteratus, cum in firmitate & languore.

Aerugo, Scoletia generis. Vide apud Dioscoridem lib. 5. cap. 83.

Aerugo rasilis, quomodo paretur, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 82.

Aerugo aurificū, hoc est, Sāterna, quæ a grecis Chrysochoō, & Chryfocolla, glutē est, & ferrumē auri, quod argentosum uocāt.

Aerugo ferri, hoc est, Rubigo, deraditur e humido ferri, clauis ueteribus.

AE G I

αἰγίλοπα, fistula parua, nomē a capris sumpsit. *αἶξ* em caprū significat; nec aliud *αἰγίλοψ* Grecis, q̄ caprinum oculum: non colore, aut figura, sed uitio & labe hac, quæ huic animali propria & frequens fere est.

αἰγίλωπ, abscessus est oblongus, pusillus, sub ipsum palpebræ torulum, super pilorū locum, ut ait Celsus.

Aegilops, ab auena dicitur. Est autē abscessus inter nares, & angulum maiorem oculorum, per quē pituita adsidue stillat: & si negligatur, ad ossa usq; dehiscit in fistulā.

Differt ab Aegilope id quod Crithō, hoc est, hordeum, uulgo hordeolum appellāt.

Et Galenus inquit: Crithe est abscessus pusillus, oblongusq; sub ipsum palpebræ torulum, hoc est, ut ait Celsus, super pilorum locum. Officit luminibus, et quod uocatur

Ancylops, siue Ancyloblepharos, quo uidelicet palpebræ coalescunt inter se, apeririq; non potest oculus. Cui nō admodum dissimilis morbus est, qui Encanthis uocatur, in ipso angulo tuberculum, quod palpebras parū diduci patitur. Sed & si membrorum articuli sic harent, ueluti comprehēsi, Ancylosis appellatur; idq; aut uinctu læsis partibus, aut distentione aliqua neruorum euenire solet.

AE L

αἰγίλοψ, alias, & auena. Aegylopis genuinā curationē require etiā ex Pau. li. 6. c. 22.

Aeginos, Cicutā, apud Dioscor. li. 4. ca. 82.

αἰγύπτιον ἔλαιον, ower αυτοὶ καλοῦσι κικινου. *οἱ μὲν τοὶ παλαιοὶ τῆς κικινὸς κικινου.*

αἰγύπτιον ἔλαιον λευκόν, ower. *ἢ κρινινου τε, ἢ σούσινου ἔλαιον ὀνόμασαι.*

αἰγύπτιον μύρον λευκόν, ower. *ἢ μενδύσιου ὀνόμασαι.* Paratur ex lilijs & aromatis, propter quod unguentū, nō oleū inscribitur.

αἰγίβαλός, parus, auis.

αἰγίβ, & *αἰγίβ*, auis quæ & Aegithus, uel Salus latine appellatur.

AE L

ἄλουρ, feles. Volateranus existimat animal id esse domesticum, quod nos Cattum uocamus, muribus inimicum, olimq; cicures non fuisse, sed in campestribus tantum habitasse; sicut hodie quoq; syluestres quædam cernuntur. Aelianus.

ἄλουρ νεαρὸς, feles recens.

AE M

ἀμιώμυρ, id est, similis pars, sicut ipsum indicat nomen, quæ undiq; in similes diuiditur. Veluti in oculo uitreus humor, & crystallinus, & tunicarum propria cuiusq; substantia. De quibus latius in dissectionū Commentarijs Galeni, & Methodi lib. 3.

AE O

Aeolias, Hemineron.

Aeonion, genus nucū apud Dio. li. 4. c. 85.

AE P

ἀιπολικόν θαῦμα, pastorale miraculum, poculū scilicet, uel fistula, uel aliquid huiusmodi subrusticum, quod pastores magnificiunt, preciosum uero non adeo. Quale quoddā Theocrit. depingit in Idyllio. α.

ἀειπαθεία, nunquam deficiens affectio, & perpetua corporis ualetudo.

AE Q

Aequalitas pulsuum est, quum pulsus oēs debitam symmetriam seruant. Inæqualitas pulsuum uero, mutabilitas secundum differentias quæ ipsi cōueniunt. Aliter sic. Inæqualitas pulsuum est, quum ipse percussiones modo uehementiores, modo inuicilliores sunt. Galen. de Definit.

AE R

ἄρα, uel *θύαρος*, lolium quod inter segetes nascitur.

AE S

Aes ustum, quomodo debeat præparari, a iij

AE S

Vide apud Dioscoridem lib. 5. cap. 78.
 Aes ustum, gebrant ertz.
 Aes uiride, Spongryen.
 Aes purum, gedeyen kupffer.
 Aes cyprium, uel aes ustum, idem.

AE S A

ἄισακός, ramus lauri.
 Aesalon, accipitrum genus & nomen. Plinius lib. 10. cap. 8.

AE S C

ἄισκῶπιος, Sempasiones aues.
 Aesculū tēperamentū. Require ex Vitru-
 Aesculus, lege, Quercus. (uij li. 2. ca. 11.
 Aescharites, panis ab craticula sic dictus,
 sub finem cœnæ conuiuiis apponi solitus,
 & intingi passo usq; ad ebrietatem. Hic &
 inuoluebatur, atq; ita ut calebat intortus.
 Aesculapius, quæ a patre Apolline accepit,
 auxit. Multa subinde & ipse inuenit, ut in-
 quit Soranus: unde inter primos inuentores
 Medicinæ numeratur.
 Aeschron, Galeni præceptor.

AE S T

Aestuosa dicuntur animalia, quæ calore &
 æstu infestantur: sicut Alsiosa, quæ frigore
 uexantur. Columella lib. 7. cap. 10.

AE T A

Aetates sunt quatuor. Prima quidem Pue-
 ricia, Secunda Pubertas, Tertia, quæ me-
 dia ætas appellatur, Quarta Senectæ. Pue-
 ri autem constitutione ipsa calidi, & hu-
 mido, Verno tempore assimilantur. Pu-
 beres item calidi sunt, atq; humidis, minus
 tamen quam pueri. Mediæ uero ætatis ui-
 ri, calidi, & sicci. Senes frigidi & sicci sunt.
 Abundant autem sanguine tum iuuenes,
 qui in flore sunt ætatis. Qui sunt ætatis me-
 diæ, fluxæ bilis pleni sunt. Senes pituita
 abundāt. Qm̄ naturalis calor multus in iu-
 uenib. copiosius ī medijs, pauciss. in senib.
 Aetas consistens uocatur, quæ media est in-
 ter adolescentiam, & senectutem.
 Aethales, ab æternitate sic dicta Semperui-
 ua, apud Diosco. lib. 4. cap. 91.
 Aethali, præter thuris fuliginē, etiā diuinū
 illū laticē, uñ philosophicū pharmacū, siue
 Iapis ille consistit Achymistis, significat.
 ἄιθνα, auis. Gaza, mergū interpretatur. Le-
 ἄιθνασ κπαρ, hepar mergi. (ge Mergū.
 ἄιθιοπικὴ ἐλαια, id est, Athiopia olea.
 Aethicpis herba quæ fit, uide apud Diosc.
 lib. 4. cap. 106, Plin. li. 27. ca. 3. li. 26. cap. 4.

A E

ἄιθοπα ὄνον, Homerus appellat quasi fumū
 calidum. i. natura ignitū, quod semina quæ-
 dam caloris in se habet: estq; natura igni-
 tum, non ut alij propter colorem. autore
 Gellio lib. 17. cap. 5.

ἄιθορ, uini epitheton apud Homerum.

AE

Aecius, quadrisyllabum, ex Antiochia Sy-
 ria fuit, Eunomij præceptor, Constantini
 magni temporibus. Pauper natus ab ini-
 tio, aurificinam ob inopiam exercuit. Pau-
 lo post ob nobilis præceptoris commodi-
 tatem, qui nuper e Tyro aduenerat, sese li-
 teris, et eloquentiæ studijs tradidit. Cūq;
 Christianus esset, & a Leontio Præsule
 Antiocheno, Diaconatus ordini adscitus
 foret, Eunomiorum, Arrianorumq; sectæ
 sese addixit. Quapropter ἄθεος uocatus, et
 ex Antiochia pulsus est. Eius uitam Eu-
 napius Græcus autor prosequitur. Scripsit
 complura, ex quibus medicina tantū eius
 ad nos peruenit, quæ cernitur in Bibliothe-
 ca Vaticana. Meminit & Volateranus in
 Anthropologiæ lib. 13.

Aer, omnium rerum & morborum causa.
 Hippoc. libro de flatibus. Vide, Spiritus.
 Aer salubris, uñ deprehēdatur, atq; de eius
 iuuamētis, uide doctiss. quædā apud Vi-
 truuū li. 1. ca. 4. & 6. Præterea apud Hip-
 lib. de flatib. Item li. de aere, aquis, & locis.
 Aerium mel. Vide Plinium libro undeci-
 mo, cap. 12. Vergiliū Georg. li. 4. uersu.
 Hactenus aerei mellis cœlestia dona.
 Aericēū, syluestre mel, minimeq; probatū.
 ἄερομέλι, id est, aerium mel. Quidam putāt
 esse Manna. Alij melliginē, id est, mellis
 tumorem, quem apes legētes, in aluarijs
 suis coaceruant. Lege Coroll. Barb. 37.

Aeritis, Anagallis.
 Aetites lapis, græce ἀετίτης. Dio. li. 5. c. 152.
 ἄετιδένος, pullus aquilæ.
 ἄετός, Aquila. Sūt eorū 6. genera: μελαινάς
 τος, μορφνός, περκνός. Vide Plin. li. 10. c. 3.

A F F

Affectus. Lege, Passio, & διατήσις.
 Affectus acutus est, qui iam ad maturitatē
 uenit, & concoctionem & solutionem ad
 exitum affert.
 Affectum esse aiunt sectatores Herophili,
 id quod facile solui, moueriq; potest, eiusq;
 causam in humidis esse.
 Affectus, uel affectiones, qualescūq; recel-

A G

sus, in statum non naturalem: ab afflicto dicitur. Gale, lib. de cura per sang. miss.
 Affricus, nomē est uenti, qui græce uocatur *λιψ*, aduersus Aquilonē flat. De quo Plin. Gell. Seneca, cæteri. De quo ait & Poeta: Creberq; procellis Affricus. Colum. lib. 11. c. 2.

A G A

ἀγέλοχος, lignū est, ut inquit Dioscor. lib. 2. quod ex India atq; Arabia deportatur, Thui ligno simile, maculatū, odoratū, gustu adstringēs cū quadā amaritudine: cute uestitur aliquātulum uersicolore. Aetius, & Græci recentiores fere oēs, Xyloaloen uocant, ni fallor, ab similitudine Aloes coloris. Sed cum neq; de ligno Aloes certū hodie aliquid afferant, & quæ de illo affirmant, tam sunt uero non similia: præterea, cum lignum ipsum nō coram uiderimus, neq; loca eius contemplati simus, nos rem nūc in incerto dimittamus. Gale, certe uidetur ignorasse: cū nullibi eius aperte meminert. Et alij tradunt, sub terra cōdi solitū, alioqui nihil suaue olere. Herm. Barb. in Coroll. tradit, ab Arabibus semē Agalochi Haormiam uocari, esseq; similitudine piperis minuti, colore subrubens: unde & quibusdam etiā Piperella dicta sit. Subinde & Aetius in Thymiamate myrepsico, idem esse, quod & Tarum putat. De quo Plinij uerba hæc sunt lib. 12. cap. 20. Ex confinio Casie, Cinnamiciq; & Cancamū, & Tarum inuehitur, sed per Nabatheos, Troglodytasq; confines, qui considerare ex Nabatheis. Verum cum Plinius Tari figuram nobis non depingit, nos interim Aetium suæ opinioni relinquimus. Paul. Aegin. ad uerbū fere Diosc. transcripsit.

ἀγάλακτα, pascua, quæ lacti efficiendo, & parturiendo in animalibus sunt inepta, id est, loca non frugū pascua alentia pro animalibus lac remittentibus.

ἀγαλάσος, incontinens, intemperans.

ἀγανον, quod conceptionem uetat, & semē disijcit.

Agaricum, radix laserpitio similis, sed facie summa solutior, & fungosa tota, innascitur arboribus. Dioscor. lib. 3. cap. 1. Plinius lib. 25. cap. 9. Vide Suidam.

Agathides, Maiorona, apud Dio. lib. 3. c. 45.

ἀγαθίδεισ, Lege Rhapsodiam Maiorone.

ἀλαθού διαίμων, poculum quod post mensam efferebatur puri uini, apud Atheniēn.

A G

A G E

ἀγέλας dicitur est Crassus, quia risit nunquam. Solinus cap. 4.

Ageomeros, Cicuta, apud Diosc. lib. 4. c. 82.

Agere dicitur, quod ex seipso motū obtinet.

Ageratori, corrupte apud Columell. cuius in locū substituo, laserato, ut sit sensus: medicamento ex lasere, & laserpitio: de quo affatim suo loco dictū est. Vel potius corrige, cerato: quod & magis quadrat, & talis medicinæ est accommodatius. Nam ceratum liquidum ait immittendum esse intra locos capræ genitales. A cera ceratū dictū, quod uulgo cerotū nūcupat Plinius. Non fecit, inquit, cerota, malagmata, emplastra, collyria, antidota parens illa, ac diuina rerum artifex officinarum: imo uerius auaricie commenta sunt. Colum. lib. 7. cap. 7.

ἀγεωρήτοι τόποι, inculta loca, & deserta.

A G I

ἀγία, & *ἀδενία*.

Agigarton, uue genus, sine granis, arte sic plantatum.

ἀγιλαιά, bos qui inter gregem agit. Plinius in agro pastum & armentarium uocauit.

Agitatorium, Sic Theodorus conuertit. Elaterium, apud Dioscor. lib. 4. cap. 156.

A G L

ἀγλαόκαρπ, mali arboris epithetū apud Homerum: quod si interpreteris, sonat splendidum fructum ferens.

ἀγλαφία, firmitas, & robur, quod cōtrahitur ex bonis edulijis. Vocabulum ortū ab ijs, qui corpori alēdo, et faginādo incūbūt.

ἀγλαβες, nuclei allij.

ἀγλίδιον, allium ipsum, Dorice.

ἀγλίδια, spicarum diuisiones in ipso allio.

ἀγλίνες, κέν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπόλευκος ὕλη.

ἀγλιβες, alliorū capita, lingua. s. Doriensium.

ἀγλωτ, elinguis, mutus.

A G N

Agnacopos, Anagyris herba apud Diosc. lib. 3. cap. 167.

Agnina lingua, plantago.

ἀγνίτης, purus. Cognomen Aesculapij, apud Spartanos: quod eius simulachrū ex agno, quæ planta est, esset excisum, configuratumq;. Cælius lib. 10. cap. 5.

ἀγνώμενες, equi, quorū præ senectute numerari dentes nequeunt.

ἀγνος, planta, genus arboris, qua uie oēs ornabantur Athenis in festo Palladis.

A G

Agnos, Lege Rhamnon. Est autem uitex, uel agnus castus. Sunt qui ἄγνον legunt, non alia ratione, quam quod semen genitale diminuit.

A G O

ἄγονία, sterilitas, et liberos gignandi impotentia.

ἄγονο, minime prolificus.

Agonos, rubus, apud Diosc. lib. 4. ca. 147.

ἄγονο, Vide, ἄγνο.

ἄγοςός, cauitas manus.

A G R A

ἄγρα, mordacissimi serpētis genus. Quo nomine uulgo Demosthenem uocabāt, scurrilem quandā mordacitatē in eo notantes.

ἄγρακαβο, uua.

ἄγραίλαιο, oleaster.

ἄγραμάματα ζωα, animalia, quorum uox nullis exprimi literis ualet.

A G R E

Agrestis nardus, quandoq; intelligitur pro Phu.

A G R I A

Agria, Helxine apud Diosco. lib. 4. cap. 42.

Agriacātha, spina syluestris. Dio. li. 3. ca. 19.

Agriacanthos, Acanthæ species altera. de quo Diosco. uide lib. 3. ca. 18. Plin. 22. ca. 22. & inibi Barbari Corollarium.

ἄγριαμπελο, labrusca.

A G R I C

ἄγρικάρδαμου, id est, syluestre nasturtium. Sic Democrates uocauit inter alia Hiberida, & Lepidion. Vide Barbarū in Coroll. Hiberidis, in Diosco. lib. 1.

ἄγριελαία, id est, syluestris olea. Lege Dio. lib. 1. Plin. li. 17. ca. 12. lib. 12. ca. 17. li. 13. ca. 1.

ἄγριοι ληχεῖνες, in summa cute impetigines, minores.

Agrimonía, Lege, Argemone, & cōsule de ea nostrum Herbarium.

Agriophyllon, peucedanum, apud Diosc. lib. 3. cap. 90.

Agriofelinon, idem quod Hippofelinon, apud Diosco. lib. 3. cap. 76.

Agrippæ appellati sunt, quorū in nascendo non caput, sed pedes primi exierunt: qui partus difficillimus, egerrimusq; habetur, uocabulo, ac egritudine. & pedibus. Gellius autor lib. 16. cap. 16.

Agrippina, uigilia.

ἄγριππου, ἢ ἄγρια ἐλαία, ἢ παροιμία, ἄκαρπότερο ἄγριππου, Suidas.

A G

Agrippum, Suidas syluestrem oleam apud Laconas ait significare

A G R O

Agron, Medicus Atheniensis, non paucis in peste opem tulit, cū iuberet prope ignē haberi ægrotos, ut inquit Plutarch.

ἄγρωσις, 100, herba quæ in hederæ morem serpit.

Agrostis, gramen, apud Diosc. lib. 4. ca. 33.

Agrostis, uitis alba, apud Dio. li. 4. ca. 194.

A H

Ahertæ, uocantur duæ uenæ, quæ ab umbilico & matrice per pectinem transeunt infra renes: de quibus anatomiam Carpiuide, cap. de cura uentris interioris.

A I

Aichryson, Semperuiuum, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 91.

Aiuga, Græcorū Chamepitys, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 176.

Aizoon syluestre, portulaca syluestris.

Aizoum paruum, apud Diosc. lib. 4. ca. 92.

A L A

Alabastrites, uocatur Onyx, in Alabastro Aegypti circa Thebas nascitur. Vide Diosco. lib. 5. cap. 144.

Alabastrum, Lege in dictione Stimmi.

Alabandus, & Alabandicus, quid sit, uide in dictione Stimmi.

Alani canes, molossis canibus hodie non inferiores.

ἄλαπαβο, herba purgatoria.

Alauda, Lege Galeritam.

A L B

Albamentum oculi, oculi ipsius albor.

Albatenius, Galeni libros primus in Arabum conuertit idioma, teste Ioanne Serapione: & in Aristo. Cōmentarios scripsit.

Albertum magnum, & nomine, & eruditione Medicum fuisse non dubito, naturarumq; archanas uires perspectas habuisse, ut neminem ex ueteribus. Quare & hunc Catalogo nostro non inepte adsciuius. Vita eius aliunde notior, quam ut a nobis paucis hic comprehendī quæat.

Albæ, uel Albulæ aque, frigide uirtutis balneæ, solutione laborantibus, uel fluore quorumlibet officiorum accommodæ. Autor Aurelianus siccensis lib. 2. Citatur subinde in Therapeutica Galen. albula aquæ.

Albinus, Gnaphalium, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 131.

A L

Alburnus, Asphodelus, hastula regia, idē, autore Dioscoride. Plinius Asphodeli radicem uocauit.

Alburna, arborum adipēs. Habent enim et plantæ suos adipēs, teste Theophrasto.

Albugo, & Cicatrix differunt: q̄ a maiore exulceratione, maior, & crassior superuenit cicatrix: quodq̄ in Iride (sic enim circa pupillam orbē dicūt) albugo fit. Cicatrix modo cōtrario, uidelicet, quoties in nigra oculi parte, ex profunda ulceratione tuni- culę crassitudo superuenit, et ex nigro, can- dido colore albescit.

Albus Color est purissimus, quocirca ad a- nimum translatus, pro syncero capitur. Is nullibi quam in niue clarior est: quam tam en atram esse Anaxagoras affirmabat. Sur- mitur pro pallido: unde timor albus legi- tur: & metu exalbuīt. Quamobrē Roma- nę mulieres quondam funera sequebātur in ueste alba, tanquam mortui quem effe- rebant, colorē referrent. Aut. Tile. de co- lorib. lib. cap. 4. Elucet Candidus, atq̄ ocu- los delectat. At candens non hoc tantum est, sed pro ignito accipitur. Itaq̄ Veneris humeros recte dixeris Candidos, uel Can- dentes. Ferrū quod a marito tunditur, nō candidū est, sed candens. Eiusdem generis est Canus: qui & si ad alia transfertur, pro- prie tñ est capilli, & barbę senilis. Nascitur equus nonnuncq̄ canus, atq̄ albineus: non idē qui et candidus, aut albus, sed huius nō expers. Est & color albi nigriq̄ particeps, a Gręcis inde Leucophęos, uoce iā a no- stris usurpata, uocatus. Genus est id colo- ris natiui, non em̄ inficitur, sed ouis ipsa sic natura quasi pingitur. Hinc sibi secta Mo- nach. sumpsit, qui pro cingulo recte se uin- ciūt nodosa, ac ligneis calciamētis utūtur.

A L C

Alcanna, Zuuilgenholtz.

Alce, iumento fere similis bestia in Asia, & Aphrica, ni proceritas crurium et ceruicis distinguat. Plin. lib. 8. cap. 15.

Alcea, siluestriū maluarū generi assignatur apud Dio. li. 3. ca. 165. Plin. li. 19. c. 5. li. 20. c. 15.

Alces, figura et pellibus similes capris, uerū aliquantulum maiores, crura sine nodis & articulis. Habet illos & Germania, ut in- quit in Commentarijs Cęsar lib. 6.

Alcohol est puluis subtilissimus, solus, nō mixtus cum liquore aliquo. Et nota, q̄ ex

A L

sief fit Alcohol, & econtra: & ex istis am- bobus potest fieri collyriū, sed nō econtra. Alcibiacum, ab Alcibio inuentore. Vide Dioscoridem de Echio.

Alcibiacū, Echion, apud Diosc. li. 4. ca. 30.

Alcibiadion, Anchusa, apud Dio. li. 4. c. 26.

Alcibiadion quoq̄ Echion, apud eundem Dioscoridem lib. 4. cap. 30.

Alcibias, Stichas, apud Diosco. lib. 3. ca. 29.

Alcibium, in controuersia uenit apud neo- tericos, quā uide in Herbarij nostri tomo 2. & Leoniceum lib. de erroribus Medi.

Alcionij quinque genera, require apud Di- oscoridem lib. 5. cap. 127.

ἀλκυόνιον, spuma quę cōcrefcit in mari, qua faciei nitor cōmendatur. Ex hac nidum di- cuntur congerere Alcyones aues.

Alcyone, & Alcyon, & Alcedo, pro una aue reperiuntur apud autores.

Alcyonij dies, & Alcyonia sacra, dies 14. quibus Alcyones pariunt oua, sereni, & naucleris auspiciatissimi.

Alcyones pariture, nidū modo conchæ spi- nis incredibili duricia subtexūt; deinde ad mare deferētes, undis imponūt, atq̄ illo se cōstipātes dū uehūtur foeticāt. Aelianus.

A L E

Alecem, foeminino genere ueteres appella- bant minutum, uilemq̄ pisciculum: ut est apud Cato. & Plaut. Columella riuale no- minat aleculā, inter pisciculos, et incremē- ti parui fluuiorū animalia. Vide Menas.

Aleculæ, Lege Menas.

ἀλεκτωρ, Lege, Gallos gallinaceos.

ἀλεκτορέϊδος εγκέφαλος, cerebrum gallinę.

ἀλεκτορίας, gemma quę in gallinaceorum uentriculis inuenitur, crysalli specie, ma-

ἀλεκτορίς, gallina. (gnitudine fabę.

ἀλεκτρόναι, ἢ ἀλεκτρόνες, lege gallos gal.

Ale uocātur in hoīe, qua parte brachiū hu- mero cōiungitur, ex interiore parte, in qui- bus nō aliter q̄ in pectore pubes nascitur, uirosi plerunq̄ odoris. Earū similitudine cōcauos geniculos, quales in harundinib. & plerūq̄ alijs sunt, Gręci μάσχαλα, Ro- mani Alas dixerunt, Ab Adnatis eo diffe- rentes, q̄ ex alis noua semper germinatio prodit. Adnata uero incerta parte emer-

ἀλφα, ἐλαϊον, ἢ εἶαρ. (gunt,

Alethena, cotoneorum quoddam genus,

Alemon, uulgare, promiscuum, ac palestrę dicatum unguentum. Alias, Alima,

ἀλευειν, id est, anxietudinem habere dicunt illos sanos, qui semper presentibus molestantur, & ab uno negotio atq; actione ad aliud transeunt. Eodem modo & egros illos anxios esse aiunt, qui accubitū nō perferentes, figuras euariant: quia semper presentis aggrauat eos. Eius rei causā require lib. 7. Aphor. 58.

ἀλευρον κριθινον, farina hordeacea.

Alex, gari ipsius sex; quod fecis instar in co-phino resedit.

Alexander Trallianus, ille idem qui Alexander iatros uocatus fuit hactenus, autor ut longe optimus, ita omnium ineptissime redditus est, nunc demum candori restitutus suo, per preceptorem nostrum Albanum Torinum; nec habent, excepto Galeno, & Paulo, hodie scholæ medicorum eo scriptore quicquam elegantius.

Alexadrina, Chamædaphne, uel Vinca peruinca apud Dioscor. lib. 4. cap. 150.

Alexandrinum emplastrum, uide Celsum lib. 5. cap. 19.

ἀλεξήτρια, βοηθήματα, ἢ γὰρ τὸ ἀλεξάδι βοηθεῖν ἐστίν.

ἀλεξήτριον, auxiliium, adiutorium, amuletum: qua uoce utitur Plinius, Remedium presentaneum aduersus uenena, & fascinoes: quod genus quidam in anulis gestare solent.

ἀλεξιάκου φαρμακόν, id est, malorum discussorium.

Alexander aphrosidæus, sub Seuero & Antonio Imperatoribus philosophiam professus, primus omnium Aristotelem, antea uiris doctis laudatum magis q̄ intellectum, cōmentarijs enarrauit. E cuius schola tanquā ex equo Troiano uiri doctissimi emanarunt Themistius, Ammonius, Simplicius, Philoponus, et Olympiodorus, omnes Aristotelis commentatores. Habentur & hodie eius problemata, & rei medicæ quædam, quæ Aldus quondam excepit.

Alexias Thrasia discipulus, ingenij acrimonia plurimum ualens, nec infra preceptor em bonis artibus minus instructus. Nam & reliquas Medicinæ partes, quas preceptor non tenuit, ipse egregie est consecutus. Theophrastus lib. 9. cap. 17.

A L G

Alga maris, Phycos apud Dioscor. libro. 4. cap. centesimo secundo.

Alga, mœrgras, herba quæ natat in aqua, et supernatat, sic uideo quosdā interpretari. Algæ, & Fuci genera multa, uide apud Dioscor. lib. 4. cap. 101. & inibi Coroll. Barb. Algatilis, hyrundinis genus. Plinius lib. 10. capite tricesimo tertio.

A L H

Alhandal, id est, Colocynthis.

A L I

ἀλιαντες, mortuos uocant, quasi nihil humecti in se habentes; utpote tū caloris abitione exhaustos, tum frigore rigentes. Galenus lib. 1. Temper.

Alica fit ex zea. *ζεῖα* græci speltam dicunt.

Alicacalon, Nicolaus interpretatur, bonū nuncium, Quare, non uideo. Taminopes lingue fuerunt inepti illi sophiste, ut ne nomina quidem idonea habuerint, quibus id quod uolebāt recte exprimerent: interim tñ strenue reijciunt linguarū cognitionē.

Alicastrum, ea forma ab alica deriuari putamus, qua a siliqua, siliquastrum.

ἀλιμ, id est, sine fame. Lege, Halimum.

Aliparæ. Vide, Alipenæ.

Alipastos, caro quæ pinguedine caret.

Alipenæ, uel Aliparæ, dicuntur quæ ex non pinguibus medicamentis constant. Celsus lib. 5. capite. 19.

ἀλειφαρ, oleum, unguentum.

Aliptas, cōmuniter mixturas interpretantur. Sic Celsus lib. 1. cap. 1. Sanus homo, & qui bene ualet, & suæ spei est, nullis obligare se legibus debet, ac neq; medico, neq; alipta egere.

Alipta muscata. Lege, Cōfectio aliptæ muscata. &c.

ἀλειπῆται, unctores erant qui athletas certaturos ungebant.

ἀλειπήριον, unctuariū, locus in balneo unctiōni idoneus. Vide Iul. Pollucem.

Alisma, est apud Dioscor. lib. 3. cap. 170.

A L L

Allecula, nomen est pisciculi, quem Riualæ uocant: quia in riuis nascitur. Vide Columellam lib. 8. cap. 15.

Allectores, cōciliatores, cōsolatoresq;: qui alliciant, oblectentq; captiuos, mitigentq; mœsticiam captiuitatis, Colu. lib. 8. cap. 10.

Allectorius lapis inuenitur in uentrib. galinaceorum, & efficit fortitudinem. Solinus cap. quarto.

ἀλοιωτική, uis digestiua.

A L

Allium Græci σκόρδιον, alij Sebestum, alij Elaphoscorodon uocāt. Quoddam satiuū atq; hortense habetur: quod in Aegypto singulari ut Porrum capite constat, dulce, in purpureū uergens, paruū. Reliqua uero magna et cādida, ex pluribus coaugmētantur nucleis, ἀγλιθασ græci uocant. Aliud syluestre, quod Ophioscorodon, id est, anguinū uocant. De Allio multa scriptores: quæ qui nosse uolet, legat Plinium, Dioscor. Columellam, & Palladium.

Allium gallicum, Item Allium maius. Lege Vlpicum.

A L M

ἀλμυρον κὴ ἀλνκόμ, uocamus omnē falsum humorem, atq; falsugine præditum. Autor Gal. de atra bili.

Almytis, lege, Halimum.

A L O

Aloa, Romane id quod barbari Aloen, apud Dioscor. lib. 3. cap. 24.

ἀλωὰ σκμαίνει τεσσαρα ἀμωελόφυτον τόπων. δινδροφορον τόπων. χανήφορον τόπων. Theocriti interpres.

Aloen quidam sic dictā uolunt, quod procul a mari & maritimis locis nascitur, auctore Vergilio in Cōmentario. De Aloe plura moderni scriptores, quæ sit, an uera habeatur. Hallucinati sunt circa hanc non modicū Arabes scriptores, de quibus plura apud Leonicenū, & Manardum uide. Attigerūt Aloen, Dioscor. lib. 3. cap. 24. Plinius lib. 27. cap. 4.

Aloetis, Mādragora apud Diosc. li. 4. ca. 79.

Aloidarium, medicina, uel pharmacum ex aloë, ad uentrem soluendum, apud Aetium, & Oribasium.

Alopecis noie in medicinis intelliguntur carunculæ musculares, quæ utrinq; lumbos animalium quasi uestiunt: quas Hippoc. ψύασ uocauit.

Alopecia, fluor capillorū. Serenus. Defluit expulsis morbo latitante capillus, Si raro lauitur, seu uis epota uenenī, Seu salamandra petens, nullisq; obnoxia flāmis, Eximiū tactu deiecit honorē. Nōnunquam uariant maculæ, paruissq; parumper Orbibus aspersum, ducit noua uulnera tempus. Accidit & barbe, et capiti. Huius species quedam est ὀφίασις, a serpētis similitudine sic dicta: quæ incipit ab superiore craneo, & duorū digitorum latitudinem nō excedit,

A L

ad aures duobus capitibus, quibusdā etiā ad frōtem, donec duo capita in priorē partem cōmittant. ἀλωπεκία in qualibet ætate est, ἀφίασις uero in infantibus.

Alopecides, laconici canes, ex uulpilibus et canibus progeniti. Pollux.

Aloschorodon, Capparis.

A L P H

ἀλφαίνειν, cutis colorem immutare, inde ἀλφοσ morbus, sic dictus, quia colorem coris immutet.

ἀλφοσ, uiriligo, impetigo, id est, macula alba. Quā rectius uocauit Festus uiriliginē, quæ proprie alba macula est. Vocatur & λυεκή a medicis: tametsi profundius penetret λυεκή, superficiem immutet tantummodo ἀλφοσ, macida cuticula.

ἀλφιτον Polenta, uictus.

Alphesiræ confectio, id est, uitis albæ.

Alphesira, lege Alphesiræ, confectio.

A L S

Alsine, auricula muris: sic dicta, quasi uemoralis, apud Diosc. lib. 2. ca. 203. et lib. 4. ca. 89.

Alsioli frutices & fara, non hæc sunt quæ frigidis, alsiosifq; locis gaudent, sed cōtra potius, quæ algores ferre nō possunt, & quæ Græci uocant λύσριγα, ut Abrotanum, auctore Plinio, Theophrastoq;.

Alsiosa, quæ frigore uexatur, Col. li. 7. ca. 10.

A L T

Alteratio, est a qualitate ad qualitatem mutatio.

Altilia, aues omnis generis, quæ sagina ac cibo educantur.

A L T H

Althæa, maluarum generis, apud Diosc. lib. 3. capite. 164.

ἀλθεις, εοσ. Medicus.

A L V

ἀλθεις, ferreni, quibus cum dentium dolores mitigabantur.

Aluco, ἐλεός græce, nocturna auis, gallinaceo maior.

Alus, Symphytum petræum apud Dioscoridem libro. 4. capite. 10.

ἀλουσία, abstinentia a balneo.

Alua, Sarua, & Scalmatis folia, siue Scamatis, odores suffumigandis odorib. idonea.

Alui deiectio. Vide Celsum lib. 2. cap. 11.

Aluos castrare. Castrantur alui, quādo faui eximuntur. Colu. lib. 11. cap. 2.

Aluus siccī excrementi receptaculum

A L

Aluus astricta, pro constipata,
Aluminis species, lege apud Dioscoridem
lib. 5, cap. 114.

A L Y

Alymon, Aron, idem.
Alypea, idem quod Alypum, apud Dio-
scor. lib. 4, cap. 190.
Alypeas, ea quæ & Alypū, apud Dioscor.
lib. 4, cap. 190, Paulum lib. 7.
Alypum, surculosa herba, subrubra, latis ra-
mulis, tenuibus folijs, flore molli, copioso,
radice Betæ. Est apud Diosc. lib. 4, cap. 190.
Alysson, Rubeg similis, fruticosa herba. Vñ
de Dioscor. lib. 3, cap. 104,
ἀλυκόν, Halmyron.

A M A

ἀμαμελίς. Vide, ἐπιμελίς,
Amaracini flores. Lege, ἐρείκα.
Amarix. Lege, ἐρείκα.
Amara, siue Gamara, semen ulmi, apud L.
Columellam. Sed & aurium quoque cauer-
næ Amara uocantur.
ἀμαράκινον ἐλαιον, amaracini confectio.
Amaracos, Parthenium apud Dioscoridē
lib. 3, cap. 156.
Amaracus, græce ἀμάρακος, Maiorana Ro-
mane. Dioscor. lib. 3, cap. 45.
ἀμαράκινον μύρον, amaracinum unguentū.
Amarantus, idem quod Amaracus, lingua
Siculorum, ut inquit Barbarus.
Amarantum item, Barbarus interpretatur
Samsuchum. Quamvis alia sit Amaranthus.
De quo uide dict. Maiorana controuer.
Amaranthos, Chrysocome, apud Dioscor.
lib. 4, cap. 58.
Amaranthus, flos, ab immortalitate nomen
trahēs. Vnde, immortalesque amaranthi, nū-
quam enim marcescit: fitque a priuatiua par-
ticula, & uerbo, μαραίνω, sicco.
Amarition, legendum, Amethyston apud
Colu. lib. 3, ca. 2. Nā inerticula cū a nostris
ita nominetur, quia temulentia sola nō fa-
cit, merito a Græcis appellatur Amethy-
stos, hoc est, sine ebrietate. Plinius, Elegan-
ter inquit, nostri iustius hanc uitam sobriā
appellassent, quam inerticulam dicunt.
ἀμαθυσσα, prohibens ebrietatem.
ἀμάκρωσις, perfectum fere uisus impedimē-
tum, citra tamen oculi affectionem manife-
stam, causa quoque incerta.
Amaurosis, obturatio nerui uisui, incolumi
pupilla, citra dolorem aliquem.

A M

Amaurosis, cicuta, apud Diosc. lib. 4, cap. 82.
Amaxitis, Agrestis apud Diosco. lib. 10, 4,
capite, ticesimo tertio.

A M B

Ambasis, Hippuris, Dioscor. lib. 4, cap. 49.
Ambidextrum Euripedes nominat ferrū,
utrinque incidens. Circumdextrum autē Ho-
merus Asteropœum, ambabus simul ma-
nibus utentem, ac si, utrinque dextrum dixit
set. Eodem modo Ambilæuū Aristophanes
ἐν τῷ γυνήτις, utrinque sinistrū. Hip-
ponax Ambidextrum dixit, in hoc uersu
iambico. Ambidexter enim sum, & non
aberrans.
Ambilæuus. Vide, Ambidextrum.
ἀμβλυώπια, uisus hebetudo, ex latenti pro-
ueniens causatione incerta.
ἀμβλυπόρ, quod acie oculorum obtundit.
Ambra, Ampar, Ambar. Lege, Electrum.
Ambrosia, tenuis frutex, ramosus: triū fe-
re palmorum, folijs rutæ, circa imum cau-
lem exiguis. De qua uide Dioscor. lib. 3,
cap. 127. Plin. lib. 27, cap. 4, & 25, cap. 13.
Ambrosia, Liliū, atque sic interpretatur Ni-
cander in Theriacis.
Ambrosia, Semperuiuum apud Dioscori-
dem lib. 4, cap. 91.
Ambusta, græce, πυρίκαυσα, Dicuntur &
adustiones, & adusta Celso.
Ambustio, uocatur affectus eorum, qui in a-
pricis diu morantur nudi, totaque illis inter-
dum cutis calidior redditur. Galenus lib.
de causis morborum.
Ambuxus, Clematis apud Dioscoridē lib.
4, capite. 193.
ἀμβλωθρίδιον, pharmacum quod abortum
facit.

A M E

Amellum. De eo & Vergilius & Columel-
la testantur, quod frutices fert apibus gratissi-
mos, aspero gustu: cuius radicis succus æ-
groto examini, cum amineo uino dari præ-
cipitur. Dicitur uero Amellū, quod pastores
eā curua circa legant prope flumina Mel-
læ. Is Gallia amnis est. Quemadmodum a
Lemano lacu, Alemanni. ut Seruius ait.
Amentum dulce, Sparkalck, Gyps.
Ameram apud Columellam legimus: quæ
dictio semē ulmi significat. Plinius tamen
Gamariam uocat.
Amerimnos, Aizoū maius apud Dioscor.
lib. 4, cap. 91, a sollicitudinis depulso dictū.

A M

Amerina salix, Lege. Embrion duplex.
Amerinæ, ab Amerino oppido, ubi plurima erat salix Amerina, quam nunc uulgus uocat, Agnum castum.

Amerinas scopas legimus, spartis similes, folio tamen minore, sed lenticula uirgularum maiore: quas sunt qui Genistellam amerinam uocent hoc tempore.

Amethodus, a uia & ratione docendi, discendiq; abhorrens, quasi auus.

Ametria, a iusto modo in morbis ipsis declinatio.

Amethystinus color, ab Amethysto, ex quo Tyriamethystrus in usu fuit olim.

ἀμύθυσσα, remedia quæ aduersus ebrietatem præbentur. A M I

Amiam piscem uocant, cuius incrementum singulis diebus intelligitur, Plin. lib. 9. ca. 15.

ἀμιωτομίαινος, id est, uitex, uel agnus castus

Amilla flos, apud Græcos authores quosdam gallico uocabulo, herba ea quæ uocatur

Anthemis, i. Chamemilon: ut forte Amilla uel idem, uel similis Amello sit. Nihil asseueramus tamen, sed in medium doctis discutendum proponimus. Lege. Imellum.

Amineæ. Nomen est uuarum generosarum.

Quas Grammatici tradunt amineas dici, quasi sine minio, id est, rubore, tanq; albu sit id uinum. Macrobius uero censet ab Aminea regione nominari. Fuerunt enim Aminei populi, ubi nunc Falernum est. Pronuncianda aut dictio hæc est penultima correpta: quod satis liquet ex illo Ausonij uersiculo, Solus qui Chium miscet & aminetum.

Illo ite Vergiliano ex secundo Georgico, Sunt & Amineæ uites, ita legendum est, ne uersus claudicet. Sunt etiam Amineæ uites, ut prima syllaba producat, penultima corripiatur. uide Colum. lib. 3. cap. 2.

Amineum genus uitis, a regione Amenea.

Amiantus lapis in Cypro nascitur, scisso a lumini similis, Dioscor. lib. 5. cap. 147.

A M M

Ammi, latini Ammiu Alexandrinu. Semexile, multo minus cumyno, candidius & exilius cumyno. Peregrina Græciæ.

Ammodites magnitudine quidem cubitalis est, maior enim non pingitur, neq; scribitur, colore uero arenosus, per corpus autem maculis nigris insignitur. Caudam habet præduram, superne discussam. A quibusdam uero Cenchrias, id est, miliaris, ob caudæ

A M

adinstar milij duriciæ, appellatus est. Lattores maxillas q; uipera habet: cumq; in multis alijs ei similis sit, colore magis discerni potest. Vipera enim subflaua est. Hæc Aecius sermone. 13. capite. 25.

Ammones, ex Dioscor. Coronopus.

Ammoniacum herba est, ex qua ammoniacum fit suffumum, quod Tymiamia uocant. Dios. li. 3. cap. 96. Plin. lib. 12. cap. 23. lib. 24. ca. 6.

Ammoniacum dicitur, quoniam stillat in harenis.

A M N

ἀμνία, interior pars uulue apud Euripedem.

ἀμνον (sic enim legendum est apud Dioscor. in lini descriptione, pro ἀννον) idem quod ἐπίδεσμος, i. uinculum & laqueus, uetus

Lini nomen. Siquidem ἀμμα græcis uinculum significat.

A M O

ἀμολγός πῖλλισ καλονσι. ut inquit Theoc. interpres, παρά τό πίνισ τοῖς ἐν αὐτοῖς, ὅ ἐσι γαλακτοδόχον ἀγγείον.

Amomis, fertur similis esse Amomo, adeo, q; cum ea Amomum uerum adulteretur, minus uenosior herba amomo, duriorq; & odorata minus.

Amomi uua in usu est, Indica uite, labrusca, uel frutice uenoso, palmi altitudine: carpiturq; cum radice manipulatim, leniter componitur, protinus fragilis, Plin. lib. 12. ca. 13.

Amomum exiguo fruticet, ex ligno se conuoluens, ut inquit Dioscor. in uuae modum, flore ceu candidæ uiolæ paruo, folijs uitis albæ similibus. Laudatur q; maxime Armeniacum, fuluo auri colore, ligno subrufo, ualde odorato. Pingit hoc & Plin. lib. 12. cap. 13. & Theoph. lib. 9. cap. 7. Seruatur in officinis hodie semen eodem quoq; nomine.

Amomum uerum, id est, botruosum, & ueluti uua, nescio si hoc seculo habeatur in nostris officinis.

Amomum ubi crescit, & quid sit, uide apud Theo. libro. 9. capite. 7.

Ammoniaci lachryma stillat in harenis suis Aethiopiæ subiecta Africa, & inde nomen ei ab Ammonis oraculo: iuxta quod gignitur arbor resinæ modo, aut gummi. Plin. lib.

Ammorgine, Helxine a (12. cap. 23. pud Dioscor. lib. 4. cap. 42.

ἀμύργη, id est, amurca, oliue expressæ recrementum, Item genus herbæ purpureæ qua uestes tinguntur, Amorgine græcis appellata. Sed & tenuissima pars harudineæ paniculæ dicitur Amorgis: autore Phocione

A M

grammatico. Scripsit Amurce laudes Cato, ut inquit Plin. lib. 15. cap. 8. Dioscor. lib. 1.

A M P

ἀμπελίδες, id est, συκηνλίδες, modo etiam

Ampeliones uocat Iulius Pollux.

Ampeliones. Lege ἀμπελίδες.

Ampelocarpus, Lappa, uel Aparine, apud Dioscor. lib. 3. cap. 103.

Ampeloprasum, sic dictum est, quod in uineis folio Porri nascitur, ructu graui; nec aliud latinum nomen habet.

Ampelos, Chironia, id est, uitis nigra, apud Dioscor. libro. 4. capite. 195.

Ampelos agria, uitis agrestis apud Dioscoridem libro. 4. capite. 193.

ἀμπελολευκή, alba uitis: sic dicta uel a qualitate coloris: uel quod eius radix contrita, & corpori infricata, teneriorem & candidiorem reddat cutem.

ἀμπελος ἀγρία, Labrusca, & herba eodem nomine diuersa a labrusca.

Ampelos melana, uitis nigra apud Dioscoridem libro. 4. capite. 195.

Ampelitis terra, iuxta Seleuciam Syriæ nascitur. Vide Dioscor. lib. 5. cap. 172.

Amphibia, que communem & ambiguam in utroque elemento, terra scilicet, & aquis uitam degunt, cuiusmodi sunt castores, & id genus quaedam alia.

ἀμφίβιον dicitur, quod est duplicis uitæ, quod partim in aquis, partim in terra uiuit, ut fibri fere.

Amphibion, Aloe, apud Dioscor. lib. 3. ca. 24.

Amphicaustis, Hordeum montanum.

Amphidoxon, est cuius contrarium frequenter contingere solet.

Amphimerina febris, febris quotidiana, ἀμφιμέσκαλον, uide, Axillæ.

Anaphystos, Veratrum album apud Dioscoridem libro. 4. cap. 151.

Amphisbæna, gemino capite serpens, hoc est, & ad caput, & ad caudam: tanquam parum esset uno ore fundi uenenum. Plin. lib. 8. cap. 23. Biceps Aelianus uocat monstrum: altero in cauda corpore, alter utroque semper cum lubet progredi, uel regredi, nunc pro cauda, nunc pro capite utitur.

ἀμφαρίσερος, ambidexter.

ἀμφής, flos uini.

ἀμφιγυήσις, claudus utroque pede, epitheton Vulcani.

Amphitheatrica charta, ab confecturæ loco

A M

sic dicta. Vide Plin. libro. 13. capite. 12. Ampullata, Artemisia.

ἀμπελόφυτος τόπος, locus uineis consitus, ab Homero ἀμπελόεσσον

A M R

Amrion. Lege. Embrion duplex, &c.

A M V

Amuleum idem quod grecis ἀλεξήριον. Lege, ἀλεξήριον.

Amurca. Lege, ἀμόργη.

A M Y

ἀμυγδαλή, nota arbor. Descriptionem, & uaria eius iuramenta lege apud Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 16. cap. 26. Serap. cap. 92. Gal. 6. Simplicium.

Amygdaloides. Tithymalus apud Dioscoridem libro. 4. capite. 168.

Amylus panis, ex amylo farina factus.

ἀμυλον greci uocant Amylum, ex eo quod sine mola fiat, atque corrupte hodie officinae uocant Amydon. Est & Placentæ genus Amylon.

Amymita, thuris species & cognomen, aliqui candidum: quod dum molitur, mastichis more digitis cedit.

Amyron, Atractylis apud Dioscor. lib. 3. ca. 106.

ἀμυχαί, hufcuscula & tubercula liuentia.

Amythaon, Medicus. Citat eius epithema quoddam Aetius sermo. 8. cap. 57.

A N A B

ἀνάβασις, morborum ascensus: idem quod morbi ipsius augmentum, autor Galenus lib. de temporibus morborum.

ἀναβροχισμός, illaqueatio, ea quomodo tentanda sit in uitijs oculorum, docet Paulus libro. 6. capite. 13.

A N A C

Anacacabea. Lege, Lotos.

ἀνακλάσεις. Vide, λιγίσματα.

ἀνακαρτικά, perurgatiua.

Anacollia uocantur, quorum lachryma incommodantes pilos corrigit. Aetius.

Anactorion, Xiphion herbae apud Dioscoridem libro. 4. capite. 23.

Anactorios, Artemisia apud Dioscoridem libro. 3. capite. 125.

ἀνάκοιλα, palpebrae superiores.

ἀνακαθαριστικά ἐλκιοι, purgatiua ulcerum.

ἀνακολληματα, adglutinatiua, & siccandi uim habentia medicamenta.

A N A D

Anadentrides, uites uocantur arbutiue.

A N

ἀνάδοσις, concocti cibi distractio, quæ a nativo calore in totum corpus, eiusque partes, cum propria mutatione & cōfectione fit.

ἀνάδοσις, digestio: fitque cum nulla, neque plenitas, neque ulla etiã cruditas, tam retrimentorum quæ humorum, siue in uentriculo, siue in intestinis accumulatur. Paulus libro. 1. cap. 16. Gal. lib. 3. de Symptomatum causa.

ἀνάδρομη τῆς ὕλης, uulvæ strangulationis, uel cōuersionis principium & causa. Anadendromalache, Althea apud Dioscoridem libro. 3. capite. 164.

ἀνάδενδράδεις, arbuta.

A N A G

Anagallis. In Anagallide plurimum erratur: de quo uide Corollarium Barbari in capitulo Dioscori, de Anagallide libro. 2. capite. 198.

Anagallis quid sit, & quæ eius genera, uide apud Dioscori. lib. 2. cap. 198. Plin. lib. 26. cap. 7. & in Herbario nostro Germanico.

Anagallis. Lege. Lacertum.

Anagallis, id est, Aegylis.

Anagallis aquatica. Lege. Lauer.

Anagyris herba quid sit, uide apud Dioscoridem libro. 3. cap. 168.

Anagistis, Anagallidis cognomen.

ἀναγωγή, sanguinis reiectio, Celsus lib. 4. tria eius genera facit.

A N A L

ἀναληπτική, Medicinæ pars illa, quam iuniores medici relectricem appellat, & qua spiritus & uires refocillantur ne concidant. Gal. in Isagog.

ἀναλεία, Lege. ἐπιληψία.

ἀναλίπωσ, nudis pedibus. Theocritus μὴ ἀναλίπωσ ἄρχο βαττεε.

ἀναλιγισμός, ratio est quæ ab euidenti auspicatur, rei obscuræ faciens cognitionem. Gale. cōment. in pronostica Hippoc. lib. 1.

A N A N

Anangelos, Rubus apud Dio. li. 4. ca. 147.

A N A P H

ἀναφаланτίασις, morbus ubi palpebris decidunt pilæ.

Anaphalis, Gnaphalium apud Dioscoridē libro. 3. capite. 131.

ἀναφωνήσις, Vociferationes, inquit Galenus, uocant phonasti, quæ pectus ad excreandum præparatur, & ad sanitatem conseruandam.

Anaphorę, uerbum e uerbo scansiones uo-

A N

cantur, siue ut recentioribus placuit, ascensionibus signorum ab oriente, circumactum mundi quotidiano factæ. Quia porro non æquales ubique scansiones sunt, sed ex inclinatione cœli uariæ, nunc maiores, nunc minores, mirum non est, si nonagisima illa pars anaphoræ, uitam alio tractu porrigat, alio diminuat.

ἀναφύσις, uocis raucedo, ut placet Aegino.

ἀναφώνησις, uocis exercitatio.

A N A R

Anarrhinon alia ab Hippoglossō, de qua Dioscori. libro. 4. capite. 134.

Anarrhinon, Hippoglossum ipsum apud Dioscori. libro. 4. capite. 133.

ἀναρθροσ male articulatus.

A N A S

Anas quasi conscia infirmitatis, quod neque terræ, neque aquæ suos foetus credat, iuxta paludes & rigua parturit, & statim a partu aquas petit. Aelianus.

Anasphoros, filix, apud Dioscoridem libro. 4. capite. 196.

Anasteos, Lege. Papauer.

ἀνασωμάτικα, apertiuua uenarum & spiraculorum.

ἀνασώωσις, ubi uenarum ora apertuntur, atque ubi non frigida, sed e contrario calidæ dispositiones procedunt, ueluti cum multis calidis balneis quispiam, simulatque terram inhabitat calidam, fueritque tempus anni eiusmodi, similiter & alimenta quoque, & potiones. Gal. de locis affect. lib. 4.

Anastomosis, sanguinis reiectio ex uenæ ruptura, uel putredine. Lege. Reiectio sanguinis.

A N A T

Anatem, præter cætera Græci etiã anilem morbum esse uoluerunt. De Anatum uarijs generibus, & earum diuersis nominibus, uide Barbari Coroll. lib. 2. de Sanguine: aut si mauis, Iulium Pollucem, ex quibus sua mutuatus est Barbarus.

Anatolicon, Volucrum apud Dio. li. 4. ca. 15

Anatome, siue membrorum dissectio, est speculatio eorum quæ extrinsecus non uidentur. Sunt autem eius duæ species. Vna, quæ fit arte, & exercitatione. Altera, quæ per accidens. Quæ uero per exercitationem & operationem, arte quidem fit a dogmaticis assumpta causa contemplandorum, quæ sunt in uiuis, aut in mortuis, uel totius, uel partium. Quæ uero per accidens, in casu

& fortuna. ut in uuluaratione, læsione ingenti fit. Et hac sola empirici utuntur. Gal. de definit.

Anatomicen uiuentium primi omnium excuerunt Hierophylus & Erisistratus, qui fontes ex carcere uiuos incidebant. De quibus lege Cornelium lib. 1.

Anatomicæ, secandi corporis ars.

De Anatomia uide plura in Celso libro. 8. cap. 1. atq; inibi habes fere compendium.

ἀνατροπή σωμαχου, subuersio stomachi.

ἀνατρολόγητος, ab Vitruuio uocatur artis medicinæ imperitus.

A N A X

Anaxiton, Gnaphaliū apud Dio. li. 3. ca. 131.

Anaxagoræ discipuli Archelaus physicus, & Euripides poeta, Strabo. lib. 24.

A N C

Ancylas, et Ancylopes, nuncupare solent, articulorum detentiones, originem ad densitatem, obstructionemq; uel nerualē quam priam extensionē referētes. Pau. li. 4. ca. 55.

ἀγκύλη, pars pedis.

Anceps morbus, qui ad salutē, & perniciē ex æquo tendit. Dicitur & periculosus

Ancetum, sylvestris cucumer (morbus, mer apud Dioscor. lib. 4. cap. 155.

Anthalion, a Theophrasto malū Anthali, magnitudine & rotunditate mespili, sine nucleo, sine cortice, folijs Cyperi, haud procul a Nylo. Barbar. in Corol. Anthyl

Anchæus, medici nomen. (lidis.

Citatur ab Plinio lib. 28. cap. 1.

ἀγκυλωψ idem apostema cum ἀγιλωπα, sed quod priusq; disruptum est exhulceratur. Non a capris tunc dictum, sed, ut in definitionibus inquit Galenus, quod prope oculum oriatur. ἀγκυ enim Græcis ad uerbum est. Miscentur tamen & hodie appellationes hæ.

Anchinum mel, quod ex folijs floribus constat, in uere collectum.

Anchirrinon, Hypoglosson apud Dioscor. ἀγκόμενοι, πνιγόμενος. (lib. 4. cap. 131.

Anchracosis, maligna oculi exulceratio, quæ interdum perambulat, Celsus uocat Carbunculum.

Anchrusa apud Dioscor. lib. 4. cap. 26.

Anchusa, Lycopsis, apud Diosc. li. 4. ca. 29.

Anchusa Libyca, apud Diosc. lib. 4. ca. 26.

ἀγκυλοχῆλαι, qui sunt unguis incuruis.

Ancile, incisio est tendinum circa collum,

uel articulos, propter quā impeditur functio. Gale. de Definit.

ἀγκών, locus ubi ossa brachij cōponuntur, latine cubitus, uel cubitum.

ἀγκοπύνια, faui apum.

Ancteras nominant colli portiones quibus maxime præuocationis occasio est. Sunt & Græcis fibulæ quibus uulnera glutinantur, Anctera.

Ancurisma, uinosi uasis eneruatio, uel spiritalis materiæ ablatio, per diapresin soluta.

ἀγκυλοβλέφαρος, abscessus quo palpebræ coalescunt, apeririq; oculus non pot. Lege, Aegilops.

ἀγκυλοχέλης uocatur qui labra habet re- Ancyloglossi ex ipsa genesi (curua, nascuntur, cum membrana opprimitur linguæ inferius.

ἀγκυλόγλωσσον, uitiū linguæ, ut inquit Paulus lib. 6. cap. 29. aut congenitum, adstricta lingua infanti, membranulis quibusdam duriusculis & breuioribus: aut agnatum, id est, accidentarium, cum hulus sub lingua cicatricem duriorē obduxit. Est aut uinculum neruosum, quod Filum uulgo uocant. Eximitur instrumēto quod ἀγκυλότομον uocant.

Ancylops. Lege, Aegilops.

ἀγκυλότομον, instrumentū quo linguæ uitiū emendatur, quod ἀγκυλόγλωσσον uocant.

A N D

Andaracon. Lege, ἄνδρακον.

ἀνδρα, florum, uel rosarum fastigia, apud Theocrit. Idil. 8. πρὸς ῥόδια τῶν ἀνδρα παρ' αἵμασι πεφύκει.

ἀνδράχνη, Portulaca.

Andraciden opinor medicum fuisse. sic em scripsit ad Alexandrum. Vinum potaturus o Rex, memento te bibere sanguinē terræ. Sicuti em cicuta homini uenēnū est, sic cicutæ uinum. Quibus præceptis si ille obtemperasset, profecto amicos in temulentia non interemisset. Hæc Plin. lib. 14. cap. 5. & Platina de honesta uoluptate.

ἀνδραποδοκᾶπηλος, mancipiorū uenditor & explorator, apud Gal. lib. 1. de usu partium corporis humani.

Andreas Chius herbarū scriptor: eius meminit Dioscor. lib. 1.

Andreas, medicus citatur subinde a Plin. libro. 22. cap. 23. Et alias meminit & Diosc.

Andræ cuiusdam herbarij scriptoris.

ἀνδρῖον, homunculus.

Andromedæ ossa Romæ apportata ex oppido Ioppe, ostendit inter miracula Scaurus, longitudine pedum quadraginta, altitudine costarum Indicos elephantos excedente: spinæ crassitudine sesquipedalī, Plinius lib. 9. cap. 5.

Andromachus Cretensis, doctus & elegans medicus, autor nobilis antidoti, quæ inscribitur Theriaca, de quo sic Galenus libro de Theriaca ad Pisonē. Andromachus artem non modo rerum experientia probe calluit, uerum etiā sermonis elegantia, rationē in ipsa probe exercuit: forsitan patria quoque non nihil ad medicinā exquisitè discendam uirū opitulante. Cretensis siquidem fuit natione: ac uerisimile est, illiusmodi uirum, ut pleræque alias herbas, ita etiā unum quodque medicamentum salutare hominibus, ex regione ipsius importasse.

Andromachus scripsit libros Therapeuticæ, pleræque etiam composuit, quæ eius nomine apud Galenum celebrantur, in libris, quos inscripsit, Memiri.

Andronici meminit Galenus in libro qui inscribitur, Quod corporis temperamentum, animi mores sequantur.

Androsace, apud Dioscor. lib. 3. cap. 151.

Androsæmon, priuata herba, alia ab ea, cuius in cap. 172. lib. 3. Dioscor. fit mentio. Vide de hoc cap. 174.

Androsæmon, Hypericum apud Dioscoridem lib. 3. cap. 172.

Androsæmon, Ruta syluestris, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 51.

A N E

Aneciaton, Anagallis Romana.

Anemone quid reuera sit, lege apud Dioscoridem lib. 2. cap. 195. ca. Fremij. & inibi Barbari Corollarium, Item Herbariū nostrum Germanicum.

Anemosphorus, Bunium, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 124.

ἀνεραϊτικά, mortifera.

ἀνεσοταχῆς, pulsus uocatur a Medicis, qui cum non perseverat continuus, intercisus celeritate transit in tarditatem, aut ediuerso. Sonat aut, si interpreteris, iniqui uelox.

ἀναιδυσία, uellicantiū etiam insensibilitas.

Anethum, culinis anisi modo gratū, de qua Dioscor. lib. 3. cap. 65.

ἀνιγῖσμα, tumor arteriæ præclusæ, ex san-

guine & spiritu caussam trahens. Fit autē cum uulnerata arteria, pellis non superinducitur, sed serpit iterum materia, ac repit eodem.

ἀναιρετικός, uenenatus, intoxicatus.

A N G

ἀγγειολογία, uenarū & uasorū exemptio, de qua uide Paulum lib. 6. cap. 5.

ἀγγείου κνητάριον, uas foetum conseruans. Sic a Galeno describitur uulua.

Angina, est morbus circa collū, aut fauces acutus, molestusque, ut qui suffocando laborantem conficit. Vel sic. Angina est phlegmone, quæ in exteriorib. collī partib. incidit, adeo, ut hæ partes intumescant: interioribus aut, quæ faucibus adiacēt, dolor inest, sic, ut spirandi instrumēta compatiantur, difficulterque spirent. Gale. de Definit. Hippocrates uero lib. Presagiorū, Anginæ nomine uidetur appellare appellatiōes quas libet in faucibus sese ostentantes, quas & spirandi cōsequitur difficultas. Quatuor a medicis eius species distinguuntur. Prima, ubi fauces inflammantur. Fauces intelligo locū oris internū, in quo simul coeūt gulæ et gutturis partes extreme. Altera, cū neque fauces, neque oris portio ulla, aut quid extremum cernitur inflammātū, suffocationis tñ in gutture periculum sese promit. Tertia, ubi extrinsecus in faucium ambitu ostentatur inflammatio. Ultima, ubi tū extrema, tum intima gutturis afficiuntur.

Anguillæ, octonis uiuunt annis: exanimes, pisciū solē non fluitant. Plin. lib. 9. cap. 21.

Anguineum cucumerē, multi esse arbitrantur cucumerem syluestrem, qui erraticus uocatur: ex quo fit medicamentum, quod Elaterium appellant, succo expressio ex semine: nec ullum ex medicamentis longiore æuo durat. Annis ducentis seruatū esse autor est Theophrastus. Colum. li. 7. c. 10.

Angustus pulsus, Lege, Pulsuū differētiæ.

ἀγγλιτῆς, τὰ μύρια τοῦ σκορόδα τῆς κεφα

A N I

(λῆς.

Anima secundū Stoicos, est corpus ex subtiliss. partibus constans, quæ uoluntario se motu exercet iuxta rationē geniture. Vel anima est actus primus, & perfectus corporis organici, potestate uitam habētis, secundū Aristot. sententiā. Gal. de Definit. Animal est substantia animata, sensoria, quæ impetu ac uoluntate mouetur. Cōstat

A N

autem calido & sicco, frigido & humido.
 Animalia omnia habentia pulmonem, re-
 spirant, Anstot. de Animal. lib. 1. cap. 1.
 Animalia crustis intacta, nomine carent cō-
 muni, Aristot. lib. 1. de natura animal. c. 6.
 Animalium varias differentias, uide apud
 Aristot. de historia Animalium. lib. 1. ca. 1.
 Animalium partes. Lege, Similares.
 Animi pars princeps, quæ regit, guber-
 natq; in profundo cerebri constituta.
 Animam Bitinus Asclepiades esse pronun-
 ciauit exercitationem quinque sensuum.
 Anicetum, Anethū apud Diosc. lib. 3. c. 65.
 Aniceton, Smilax, apud Diosc. lib. 4. c. 145.
 Anisum, nota herba, de qua Dioscorides
 lib. 3. cap. 63.

A N O

ἀνώδινα φάρμακα uocantur, id est, indolen-
 tia: quoniam dolorem quidem sedant, nō
 tamen dispositiones penitus sanāt, sed uim
 sentiendi obtorpescere faciunt, Galenus
 lib. 2. ad Glauconem.
 Anomimeros, corpus dissimulare.
 Anones, aculeatorū generis herba, apud
 Dioscor. lib. 3. cap. 20.
 Anonium, urtica mortua.
 Anonymos, quæ & Enonymos, quod itē
 Hermolao non displicet, non absimile Pu-
 nicæ arbori, interq; eam & Laurum, folij
 magnitudine, figura uero & mollitie Pu-
 nicæ flore candidior est, statim pestem de-
 nuncians, Plinius lib. 13. cap. 22.
 ἀνόρεκτος uocatur, cuius stomachus cibum
 respuit, atq; continere non ualet.
 ἀνορεξία, morbus, cum omnia respuit stoma-
 chus, uel inappetentia, amissio appetitus,
 & auersio a cibo.
 ἀνοσος, morbo carens.
 ἀνόσειος, Polypus piscis apud Hesiodum.

A N S

Ansatum, festiuiter Plautus appellat homi-
 nem, qui brachijs in speciem ansarum de-
 formatus, gloriosus in ambulat.
 Anseres, Plinius lib. 10. cap. 22.
 Anseres σιτευτοί, id est, altilis.

A N T

Antema, malua hortensis, quod nomen Py-
 thagoras illi indidisse fertur.
 Antepagmata, ualuarum ornamenta, quæ
 antibus adpinguntur, id est, affiguntur.
 ἀνθνοειδής Gallica, Mespili species, autore
 Thendoro.

A N

ἀνθιδόμ, Mespili species.
 Anthemis, cognomentum Argemonis.
 Anthemum, Parthenium, apud Dioscori-
 dem lib. 3. cap. 156.
 Anthemis, Anthyllis, apud Dioscoridem
 lib. 3. cap. 154.
 ἀνθεμῖς, Chamomilla.
 Anthera, cōfectio ex floribus, ni fallor, ros-
 marini, uel rosarum.
 Anthera. De hac uerba sunt Manardi Fer-
 rariensis lib. 4.
 ἀνθερείωμ, locus sub mento qui barba uesti-
 tur & efflorescit: sic dictus ab flore barbæ,
 quod ibi maxime uigeat.
 ἀνθερικός ὁ τῆς ἀσφοδέλου καρπὸς ἥς τὰ
 φύλλα ὡς πράσου ἀγρίου, μείζω δ' ἐν πλα-
 τύτερα, ὁ δ' ἐκ καυλοῦ ἀνθερίξ καλεῖται ὅσον
 πικραῖος ὡν μείζωμ Auctor Theophrastus.
 Alij aliter. Vide Theocriti commentariū
 in Edyllio primo.
 ἀνθερίωμ, mentum in quo efflorescit barba,
 Homero dicitur, περὶ ὃν ἀνθεῖ τὸ γέννημα.
 Antheroma, tuniula est nernosa, tubero-
 sum humorem habens.
 ἀνθερίξ, Lege, ἀνθερικός.
 Anthericos, Anteristos, idem quod Aspho-
 delus, uel Hastula regia.
 Anthilia piscis, quare dictus est sacer apud
 Homerum, require ex Celio lib. 7. ca. 12.
 Anthus, latine florus, aquatilis auis, Aelia.
 Anthia piscis, Plin. lib. 9. cap. 59.
 ἀντιβαλλόμενα, id est, æqualem uirtutem ha-
 bentia, quæ nostræ ætatis medici, quid uo-
 cant pro quo.
 Anthilion, Auricula muris, apud Dioscor.
 lib. 2. cap. 203.
 Anthinum mel, quod ex solis floribus con-
 stat in Vere collectum.
 Anthinū unguentū, intelligi potest omne
 quod ex floribus constat, lilio scilicet, rosa,
 narcisso, uel iride.
 Anthirrinon, alia ab Hippoglasso, de qua
 Dioscor. lib. 4. cap. 134.
 Anthus. Citatur eius uiride Acoyon ab
 Aetio sermone 12. cap. 44.
 ἀνθος flos, & florus auis, teste Theodoro.
 ἀνθοσμιάσ, uinum odoriferū, siue odoratū.
 Anthracides, Lege, Menas.
 Anthrax, siue uena mini, Quecksilberert;
 ἀνθραξ, carbo.
 Anthracinus color, ab antiquis uocatur
 Ater.

ἀνθρήνιον, fauus apum.
 Anthrenæ, crabrones.
 ἀνθρωπῆ, uel ἀνθρωπῆς, pellis humana.
 Anthropomorphon, mandragora, apud
 Dioscoridem lib. 4. cap. 79.
 Anthycellion, & Anthyllis, apud Diosco.
 lib. 3. cap. 154.
 Anthylliō, Anthyllis, apud Dio. li. 3. c. 154.
 Anthyllis quid sit, uide Dioscor. li. 3. c. 154.

A N T I

Antiades, quæ prominent carnes ab lateri-
 bus linguæ, ubi & paristmia. Subiacent ru-
 bedine quidem confimiles, uerum auctio-
 res, orbiculatioresq; quæ dicuntur μῦλα,
 id est, mala. Sunt & ἀντιάδες tonsillæ, du-
 ri tumores, incremento, duricieq; sua, cibi,
 potusq; & spiritus iter impediētes. Vo-
 caturq; eodē nomine & morbus, & mem-
 brū cui accidit, ut inquit Paul. Aegineta.

ἀντιαγῆ, Lege, συναγῆ.

ἀντίας τῶν παριδμίων, hoc est, tonsillarum
 durus tumor.

ἀντίας, ut inquit Paulus, est tonsillarū affe-
 ctio, cum in tumorem obduruerunt.

Antiades, tonsillæ.

Anticantharos, Liliū syluestre, apud Di-
 oscoridem lib. 3. cap. 138.

Anticipantes, febriū figuræ uocantur, ubi
 febris ipsa horas anticipat.

ἀντικνήμιον, id est, cruris uniuersi pars an-
 terior.

ἀντικάρδιον, concauitas pectoris, quæ &
 σφαγῆ, ἢ υποχόνδριον.

ἀντίχειρ, id est, pollex.

Anticyricon, Sesamoides, apud Dioscori-
 dem lib. 4. cap. 153.

Antidota uocantur, non ut falso existimant
 quidam, malorum omnium remedia, sed
 quæ contra uenena solum priuatim in usu
 essent: quale laudatissimum quondam Mi-
 thridaticum fuit.

Antidotus ex uiperis, id est, Theriaca, Græ-
 ce ἀντίδοτον.

Antidotus Aromatica, optima apud Aetiū
 sermone 13. cap. 103.

Antidotus Athanasia, inuentū olim Aegy-
 ptiorū, paratur apud Aetiū serm. 13. c. 105.

Antidotus disposynos, celebratur in fluxio-
 ne alui, apud Aetium serm. 9. cap. 37.

Antidotum Hemagogum, Electuariū du-
 cens sanguinem menstruum, & describi-
 tur ab Nicolao.

Antidotus Isotheos, ex Bryonia, Phlomis,
 Martiani, Hadriani, Acheristos.

Antidotus Panchrestus, ab omnimoda uti-
 litate sic appellata, apud Aetium sermo-
 ne 8. cap. 65.

Antidotus Peonia, quæ sit, & quomodo cō-
 ficiatur, require ex Aetio serm. 13. cap. 102.

Antidotus ex duobus piperis generib. con-
 ficitur apud Aetium serm. 13. cap. 104.

Antidotus Zopyrios appellata, presens re-
 medium colicorum, apud Aetium sermo-
 ne 9. cap. 30.

Antilius Medicus, citatur ab Oribasio li. 2.

Antimaron, Græcum sit, an Hebræum, in-
 genue fateor me nescire. Nicolaus inter-
 pretatur, contra mortem. Lege eius Anti-
 dotarium. Nec dubito, quin qui composi-
 ta illa lepidissima scilicet, ad astra ferunt,
 ne ipsi quoq; ἔτυμα recte nouerint termi-
 norum suorum.

Antimelon, Mandragora, apud Dioscori-
 dem lib. 4. cap. 79.

Antimonion, Mandragora, apud Diosco-
 ridem lib. 4. cap. 79.

Antiochi Medici senectam, & dietam, lege
 apud Galenum de ualitudine tuenda, lib.
 quinto. fol. 189.

Antipater, Medicam artem Romæ profes-
 sus est, nō sine laude, etiam Galeno illi cal-
 culum adijciente: quem miro modo se di-
 cit a febre liberasse, de locis affectis libro
 4. cap. ultimo. Scripsit libros Epistolarū
 medicinalium ad Gallum, ut inquit Celi-
 us Aurelianus.

ἀντιπαθεία, frequens Galeno uocabulū, ad
 uerbum sonat, contra passionem.

Antipathes, Corallij generis, specie tātum
 distans, ut inquit Dioscor. lib. 5. cap. 131.

Antipharmacum, id est, Antidotum.

Antispodion, preparatur apud Dioscori-
 dem lib. 5. cap. 77.

Antispasis, secundum Hippocratē, est auer-
 sio materiæ morbi in contrarium.

Antithesion, Xanthion, uel Lappa, apud
 Dioscoridem lib. 4. cap. 139.

Antistius, olim Romæ celebris Medicus,
 qui Cæsariamiā uulnerato adhibitus, nul-
 lum uulnus ab aduersarijs inflicti lethale
 indicauit, præterquam quod haberet in pe-
 ctore. Meminit Sueton. in Cæsare Julio.

ἀντίτραγον, Vide, τραγῶ.

A N

Antonius Musa, Augusti Caesaris Medicus, & frater Iubæ Regis, ut adserit Plinius lib. 25. ca. 7. Themisonis imitator, cuius pleraque etiã in sua trãstulit, ut inquit Plin. **Antonius Guaneri**, Sanctus Pisaurësis, **Benedictus Musinus**, Apollonaris Cremonësis, **Ioannes Horologius Paduanus**, omnes fere sub Eugenio 4. & Francisco Sphorcia Commentarios, & Practicas, ut uocant, reliquerunt.

Antonio Castori, inquit Plinius, in Herbaria autoritas fuit nostro æuo. Hortum em̄ plantauerat, in quo omnis generis herbas alebat. Centesimum ætatis suæ annũ excedens, nullum corporis malũ expertus est, nec ætate quidem memoria, aut uigore cõcussis. Plin. lib. 25. cap. 2.

Antonius Epicurus scripsit de propriorum affectuum ἐφεδρία, cui simili uolumine respondit Galenus, quẽ nuncupauit, de propriorum animi, eiusque affectuũ agnitione, & remedio.

Miræ experientia, & cum hoc fortunatissimus Medicus **Antonius Beniuentinus**. Huius hodie extat de abditis, ac mirandis morborum, ac sanationum caussis liber.

Antopyrites, panis, idem quod ἀντόπυρος. **Antyllus**, insignis Chirurgicus, citatur ab Paulo lib. 6. & frequenter etiã ab Galeno.

A N V

Anubias, Coniza, apud Dioscor. li. 3. c. 135. **Anus**. Vide, Porus.

A N X

Anxietudo quid sit, require in dictione ἀλενείν.

Anxios, ægros animaduertimus, qui accubitum non perferentes, figuras euariant, quia semper præsens aggrauat eos.

A P A

Aparana, Xanthion, uel Lappa, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 139.

ἀπάνημα, quod nos abscessum corporis, Græci φίσιν, nos tabem dicimus.

Apagma, est ossis præcisio in superficie apparens, uel ad inum pertingens, descendensue, in partibus rptioni appositis, Galenus de Definit.

ἀπαλον ωον, molle ouum.

Apanthropos, Stafisagria, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 158.

ἀποφλεγματιζειν, est retinere aliquid in ore, & cõmanducare, ad caput purgandũ.

A P

Inde nomen **Apophlegmatismos**.

Aparine, Lappa uulgaris, & cognitu, & inuentu facilis, describitur ab Dio. li. 3. c. 103.

Aparine, Arction, apud Diosco. li. 4. c. 108. ἀπάθεια, perpetua ualetudo.

Apalon uinum, id est, tenerum.

A P E

ἀπέχημα, ubi quasi echo respõsio resilit quedam. Ea est, ut inquit Græci, a cõtraria ictus parte facta caluæ fractura, seu fissio.

De qua Celsus lib. 8. cap. 4. Aegineta lib. 6. Chirurgiæ. Lege, Fracturarum ossium.

Apella, græce λειπόδερμος, qui in genitali glande cutem non habet.

Apellæ Iudæi dicti sunt, a præputio præfecto.

Apepsia stomachi, id est, cruditas.

ἀπευθισμένον, rectum intestinũ, quod Longaonem uocant: quodque Pollux 2. Onomastici sui dixit, crassiori intestino, quod Græci κώλον dicunt, subesse, excipereque ilud, & in sedem, & in anum desinere.

ἀποιος, uel ἀποιον υδωρ, quasi sequalis, id est, qualitate omni carens, quæ nihil odoris, colorisue, aut stuporis habet, & friget.

A P H

Aphaca, in aruis nascitur, altior lenticula, tenuioribus folijs. Siliquas maiores fert, in quib. terna, quaternauæ semina lente minoræ cõtinentur. Differt ab Aphaica, quæ olus est, ut item Aphaca, florem edens cũ germine. Differt & ab Apharca, quæ arbor est Vnedoni similis. Theophrastus Aphacam modo inter legumina, modo inter clera commemorat lib. 8. cap. 2. Meminit & Plinius lib. 27. ca. 5. Dioscor. lib. 2.

Aphaica, Lege, Aphaca.

Apharce, arbor bifera, æque quoque Adrachne. Plin. lib. 13. cap. 22.

ἀφῆ, tactus ille proprie, qui facit διασολῆ. Rectius uocaueris tactum, simpliciter.

ἀφύν, Apina, piscis genus, describitur ab Athaneo in Nicomedis ἀφύν libro primo Gymnosophistarum.

ἀφήμων in Dioscoride Casia legitur eius altera species: quamquam Vergil. inibi legendum existimat, ἀμφυσήμων. ob eã fortasse causam, quod tenui, & disrupto eius cortice, tiliarum & fistularum more inflari non poterat: id enim φυσῶν Græci dicunt, & φυσιτήρια ἀυλοῖς, id est, tiliis uocant.

Aphenium, Lege Casia.

ἀφειψημα, decoctum omne, quicquid id est.

Aphia, lege, Aphaca.

ἀφλεγμάντειο τραπέζαιο, id est, mensis non tumefacientibus.

Aphodelus, pingitur a Dioscoride libro. 2. capite. 187.

ἀφολίτηο, σέφαου.

Aphonia, uocis priuatio.

Aphrodes, id est, Papauer spumeum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 70.

Aphrodytes, Cotyledon, apud Dioscoridē libro. 4. cap. 93.

Aphrogala, idem quod cremor lactis.

Aphron, cicuta apud Dioscor. lib. 4. cap. 82.

Aphroskorodon, genus allij grandioris incrementi; quod quidam Vlpicum uocant, a spuma sic dictum, a nostris Allium putridum uocari consueuit, sed crudū, inter pulmentaria ruris, quę Myttota appellant, alio trito in oleo & aceto utitur; ut mirum sit quantum increseat spuma.

ἀφροσισία, Acori cognomentum.

ἀφθα, hulus quod pueris accidit in ore, modo subalbidum, modo subrubeum, non nunquam uelut crusta nigrum. Quod tamen si fuerit nigrum, pessimum est. Paulus Aegineta libro. 1.

Aphthitis, semen Bupthalmi, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 157.

Aphus, piscis. Plinius lib. 9. cap. 16.

Aphytocoræ arbores, quæ succinū stillant, apud Hypobarum Indiæ fluuium, de quibus lege Plin. lib. 37. csp. 2. a fine.

ἀφύδρωσις, sudorum affectio contraria.

A P I

Apianæ uisæ. Plinius. Apianis uuis apes dedere cognomē, præcipue earum auidæ. meminit earum Colum. lib. 3. cap. 2.

Apiastrum, Melisiphyllon, apud Dioscor. libro. 3. capite. 117.

Apiastrum & siluestre Apium, uel Batrachium, secundum quosdam.

Apium siluestre, Ranunculus, Batrachium idē.

ἀπίκια πλακόντων γέννη πολλά, ab Apicio plantarum genus sic nuncupatum: ut scribit lib. 1. Dipnosophistarum Athenæus.

Apiciani dicti sunt Romę, ab Apicio coco: qui insignes habebantur coci, quadam philosophorum imagine, ut inquit Septimius Florus.

Apicij θεντείαο & luxum, require etiā apud

Athenęum lib. 1. Dipnosophi.

Apicius. De hoc sic Athenæus. Nostra memoria uixit inquit, qui in ea urbe, ex qua aliquādo Philosophi, uelut corruptores iuuentutis abire iussi sunt, scientiam proprie professus, disciplina sua seculum infecit: cuius exitum nosse opere precium est, Cum sestertium milies in culina congefisset, cū tot congiaria Principum, & ingens Capitolij uectigal singulis comensationib. haussisset, ære alieno oppressus, rationes suas tunc primum coactus inspexit: super futurum sibi sestertium centies computauit: & uelut in ultima fame uicturus, in sestertia centies si uixisset, ueneno uitam finijt. Meminit & Seneca Epistolarum lib. 15. Et de Apicio scitu digna, lege apud Cęlium lib. 5. cap. tricesimo.

ἀπιον, quod qualitatis expers est.

Apis, ægyptius bos, cuius descriptionē uide apud Plinium lib. 8. cap. 46.

Apium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 72. Pliniū lib. 20. cap. 11. libro item. 19. cap. 7. 8. Columellam lib. duodecimo.

Apium hortulanum, Petroselinon, secundum Mainardum.

Apium, Radix syluestris, cognomēto Ischias, apud Dioscor. lib. 4. cap. 187.

Apium in saxi, Petroselinum Macedonicum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 75.

Apium Rusticū, Ambrosia apud Dioscoridem lib. 3. cap. 127.

Apium item Rusticum, Eleoselinon, apud Dioscor. lib. 3. cap. 73.

Apium, Eleothrepton Homerus uocauit, hoc est, palustre Apium, uel Eleoselinon, de quo Dioscor. lib. 3. cap. 73.

A P L

Aplophyllon, Alysson apud Dioscoridem libro. 3. cap. centesimo quarto.

Apluda, surfur.

A P N

ἀπνοία, ubi prorsus nulla, ut aspirantibus ei detur, fit spiritus exhalatio; atq; fere fit in morbo comitiali, ἀποπλήξια, καὶ καταπλήξια, & sopore.

A P O

ἀπόβεγμα, id quod uulgo hodie uocant infusionem myropolæ, medici barbari. De quo uide dictionem, Dilutum.

ἀπόχημα, ubi quasi echo respōsio resilit quædam; ea est, ut inquit Greci, a contrariā

ictus parte facta calua fractura, seu fissio. De quo Celsus lib. 8. cap. 4. Aegineta lib. 6. Chirurgiæ.

Apochyma, a Paulo Hypochyma. Lege Zopilla.

Apochyma, resina nauium. ἀποχουσιμα, repercussiuua.

Apocynon, apud Dioscor. lib. 4. cap. 84.

Apodes, aues quæ carent usu pedum. Ab alijs Cypseli appellati, hyrundinũ specie, toto mari cernuntur. Plin. lib. 10. ca. 39. Pselus in lib. de uictus ratione, Trogletas uocat, quia in foraminib. & cauis fere latitēt.

Apodyteriũ, circa balneum locus, ubi balneatores se expoliabant. Plinius in Epist.

Apodysteriũ, superpositũ est spheristerio.

Apogei, uenti sunt etiam qui a terra confurgunt, nõ quidem semper, aut qualibet, sed ex madida & uliginosa. nam qui e mari ueniunt per sinus, Encolpiæ uocantur Aristoteli. Vocantur & ijdem Tropæi, in Proble. Prob. 17. Versarios exponunt interpretes, Apogeon. Vide, Absides.

ἀπογλοῦτοι, id est, nates. Sed & prominentia in eisdem locis, eodẽ cęsentur nomine, quæ & Ephredrana dicuntur, a sededi usu.

Apolegusa, cicuta apud Diosc. lib. 4. ca. 82.

ἀπολεπεδεις, deartuatus.

Apollinaria, Schyerling.

Apollinaris herba, id est, Hyoscyamus, Bilfenkraut.

Apollinaris herba, Hyoscyamus apud Dioscoridem lib. 4. cap. 72.

Apollinaris minor, Solanum somniferum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 16.

Apollodorus, medicus Ptolomei regis: scripsit uolumen de uino, & usu eius, ad regẽ. Plinius lib. 14. cap. 7. Fuerunt autem Apollodori duo: ut etiam alibi testatur Plinius lib. 20. cap. 4.

Apolloniades, Medicus: citatur ab Aetio, sermone. 8. cap. 48.

Apollonij duo fuerunt: pater, & filius, Serapionis sectatores, & asseclæ. Celsus lib. 1. Galenus libro Sectarum.

Apollonius Glaucus dedit libros curationũ, quæ citantur ab Aureliano lib. 4. ca. 8.

Apollonius Citiensis, Medicus, citatur ab Cœlio Aureliano lib. 1.

ἀπολωτικά, quæ ad cicatricem perducunt.

Apomel, Græci ex ablutis ex aqua fauis crementum uocant.

Apomeli, inter mulsam, & oxymel medetur est, cuius plurimus circa Peloponesum est usus: ut ait Gal. 8. Method.

Apomeliis compositionem, Lege apud Gal. 4. de ualet. tuenda.

Apona, remedia sunt, quæ non solum morbum adimunt, sed citra etiam dolorem medentur.

ἀπονευρώσις, eneruationes musculorũ: atq; sic tendones uocat Galenus libro de Motibus musculorum: quoniã musculi in his finiuntur.

ἀπονθ, sine morbo.

ἀποφλεγματισμός. lege, ἀποφλεγματίζειν.

Apophlegmatismi, uocantur remedia, quæ in ore retenta, uel manducata, aut certe lingua subdita, noxios quosq; capitis humores detrahunt, atq; expurgant.

ἀποφλεγματίζειν, est proprie retento in ore aliquid, uel commanducato, ueluti sinapi, uel stafisagria, pituitas capitis per os ducere. Inde ἀποφλεγματισμός.

Apophyades, apud Aristotelem sunt intestinorum appendices. Sed & Ecphyades dicuntur aliquando.

ἀποφύσεις, uocantur curuæ explanationes ossium radij, & ulnæ quæ carpo inseruntur. Vocantur autem aliquando & capita, κόρυμβοι: autore Gal. li. 2. de usu partium.

Apoplexia, morbus est obstupidæ mētis, et intellectus, cū insensibilitate et cõcussione corporis. Vel mentis oppressio, cū priuatione sensuũ, et corporis resolutiõ. Fit interdũ ictu fulminis. Aliquando ex opplenti bus crassis humoribus capitis partes, per quas in totũ corpus sensus & motus distribuitur: ideoq; sine sensu, sine uoce, & motu sunt. Differunt autem Apoplexia, & Paraplexia, uelut pars a suo toto. Qui enim Apoplexia laborant, in toto & parte laborant: qui autem Paraplexia, in parte tantũ. Galenus de Definit.

Apopleumonos, magice Scamonia, apud Dioscor. lib. 4. cap. 182.

Apoptosis, cum pili palpebrarũ decidunt.

Apopatoma, fimus.

ἀποπληθω, significat esse attonitum, corporeq; & mente stupentem. Hinc dicta ἀποπληθία.

ἀπώρατα, quæ nõ durantur, nec cõsolidantur.

Aposceparnismos, ossis eiusdem abscissio cū uulnere, Gal. de Definit. Lege Fracturarũ.

offit in capite definit. *σκαπάρνου* greci eā-
secturam significant, cuius ictu grauiore
dissecta ossa diffiliunt.

ἑποσιυλημένοις τὴν χεῖτην, caluus. Pol.
Apospasmata, id est, auulsiones. Aposte-
matis quoq; species est, sed cuius nomen
nunc nō succurrit, ubi phlegmoni harena
innascitur, ligna, carbones, amurca, feces,
setæ porcinae, calculi, quisquiliæ, & id ge-
nus alia quædam, quæ malis medicamentis
fieri, insana uulgi arbitratur credulitas. Fit
aut, ut inquit Gal. in ueteratis abscessibus,
ob uarias humorum qualitates, materiam
in huiusmodi quisquiliis, & istiusmodi for-
mas conuertentes.

ἑπόσημα, quod nos abscessum corporis, gre-
ci *φθίσιν*, nos tabē appellamus. Et est mu-
tatio, seu transitus corporis ex inflāmatio-
ne ad pus. *κορμ. τὸν ἀπόσημα*

Apostemata quō caussentur, & de eorū cu-
ra methodus est, apud Gal. lib. 14. Metho.
Apostemata intestinorum, & eorum curā,
uide ibidem.

Apostematum multa genera & species, no-
minatq; diuersa a diuersis caussis & conten-
tis, uide ibidem.

Apostematum cōtenta oīs generis, etiā mō-
strosa quæq; uide apud Gal. eodē loco.

Aposyrmata, desquamationes. *Αβρασα* *αβρασα*
ἑποσύμματα, abrafa.

Apothecas. Corrigendus est obiter publi-
cus error male literatorū, Apothecas dici
tabernas, officinasue existimantiū: sed qui
pure et munditer loquuntur, Apothecarū
noīe significant quasdam quasi cellas uina-
rias, & ea proprie repositoria, quibus uina
fumo uetustescunt. Hinc illud Plini. Apo-
thecas fuisse, & diffundi uina solita anno
Dc. xxxiij. Urbis apparet indubitato Opi-
miani uini argumēto. Item uinum si sit fu-
mo inueteratum, insaluberrimū est. Man-
gones ista in Apothecis excogitauerunt. In-
fra præcipit Columella, Apothecas his lo-
cis esse superponendas, unde plerumq; fu-
mus exoritur, cū uina celerius uetustescūt,
quæ fumo quodā genere præcoquem ma-
turitātē trahunt. Id fumarium uocant. Vi-
truius quoq; meminit Apothecarum,
ostendens eas faciendas magis esse ad fru-
ctus seruandos, q̄ ad elegantia decorum.
Vlpianus eleganter inquit, & scienter ui-
na etiā quæ in Apothecis sunt, nō cedent.

Iulius Pollux in. 6. Onomastici docet, *ἑπο-
θήκασ δίνου*, id est, Apothecas uini dici, uo-
cabulis Græcis *δινῶνας καὶ πυθῆνας*.

ἑποθεραπειτική, pedotribarū ueterum sci-
entia, & professio, qua circumfuso oleo, ex-
ercitatorum corpora fricabant. Est apud
Paulum libro. 1. cap. 16.

ἑπόζεμα, id est, decoctum ex herbis.

A P P

Appuli Roseani bellis aptifs. equi, ex Tun-
Africa, ac Massylia, Numidiaq; cursu
præstantes, quas uulgo Barbaros uocant.
Appetitus, est desyderiū, seu appetentia, &
Appherema, fuffur. (inquisitio.

Appiosus morbus in pecudib. uocatur, cū
noxius sanguis membranā cerebri, & ex
una parte pertuderit, et eundem dolorem
nimio cœperit prægrauare, eius & mens
& usus hebetatur. A P R

Apragmosis, coronarium quoddam satiuū
apud Aristophanem poetam, ut Grāma-
tinus Aristophanis interpretatur, Athe-
nis in Academia nasci solitum.

Apronia, uitis nigra apud Dio. lib. 4. ca. 19.
ἑπραγμοσύνη, plantam fuisse in academia
Platonis, meminit Aristophan. in Nubib.
*μίλακος ὄζωρ, καὶ ἑπραγμοσύνησ, καὶ λεύ-
κασ φυλοβολούσησ*, id est, betam olens, &
herbā apragmosynen, & album ligustrū.

A P V

Apua piscis genus, quod ferunt ex imbrī
enasci, unde & grece dictus sit *ἑφύη*, sed q̄
uelocissime quoq; desinere & perire, ut eti-
am in prouerbium abierit, *ἑφύη ἐρπύρ*, id
est, Apua in ignem. *ιδούσα γὰρ τὸ πῦρ
μόνον ἴσεται*, id est, spectans em ignem so-
lum percoquitur. Meminit eius et Apici-
us lib. de re coquinaria, & Plin.

Apuleius Celsus si nō fallor, præceptor fuit
ille Scribonij Largi. Sic em meminit Scri-
bonius lib. de cōpo. medicamentis ca. 171.

Antitodus Apulei præceptoris, quam quot
annis componebat, & genere quodam
publice mittebat Centuripas, unde ortus
erat, quia in Sicilia plurimi fiunt rabiosi
canes. &c.

L. Apuleij Maudarēsis philosophi Platoni-
ci de uirtutibus herbarū quidā libellus ho-
die in manib. habetur, quē a Chirone Cen-
tauro præceptore Achillis, & ab Aescula-
pio dicitur accepisse: an illius qui Asinum
aurum scripsit, minime cōpertum habeo.

A Q

A P Y

ἀπύρα, quæ igni nō sunt admota & cōcocta. Apyrinum, Malū punicum appellant, cui lignosus nucleus abest, autor Plinius. Verum Seneca tradit Apyrina dici, non quibus nulla sit duricia, sed quibus minima. De Apyrinis in Epigramatis. Non tibi de Libycis tuberes, & apyrina ramis, De Nomentanis sed damus arboribus. uide. Colum. lib. de Arbo. cap. 23. de Apyrinis. Apyrexia, febris remissio.

A Q V

Aquæ Albulæ in Italia. meminit harū subinde Gal. & Aetius, sermone. 13. cap. 125. Aqua oculi, oculorum uitium, ubi immodice humores lentī defluunt, cōgelati, inter corneam & chrystalloidem. Aqua pluuialis, qualia habeat iuuenta, uide apud Vitruuium lib. 8. cap. 2. Aquarū calentium rationes, & naturas, uide apud Vitruuium lib. 8. cap. 3. Aquarū probationes, fluores, naturas, iuuenta, uide apud Vitru. lib. 8. ca. 1. 2. 3. 4. 5. Aquarū experimenta, uide apud Vitruuiū libro. 8. capite. 5. Aquosus sanguis uocatur apud Gale. lib. 3. de Symptomātū causis, excrementi species, sanguis uidelicet similis aquæ in qua ablutæ fuerunt carnes: uel similis aquæ cruentæ, quam hepar regurgitat. Aquidiale, *ισχυρία* græce. Aqua benedicta. Sic aquam fontis uocare solitus est quidā homo sane bonus, & medicam artem probe edoctus, cuius nomen mihi nunc excidit, sed Francisco pharmacopola referente. Deprehendit eū, quas hodie in officinis aquas per alembica destillant, excoquuntq; parum uirium habere, proinde multos huiusmodi nauſeare: haud raro etiam exoletas esse & euaporatas: unde illis multis numeris prætulit aquam fontis, in qua decoctæ herbæ essent, quorum succu indigeremus. Et belle quidem, mea sententia. Sed de hoc alias, & in Encomio simplicium, quod Herbario nostro prætulimus. Aquas calentes habet Caristos, ut inquit Solinus capite. 17. Aqualiculus, id est, uenter. Aquæ Sextiæ, olim acris caloris, Solinus capite. 8. a fine. Aquæ commoditates & differentias, uide

A Q

apud Dioscoridem lib. 5. cap. undecimo. Aquæ maris iuuenta, uide apud Dioscoridem lib. 5. capite. 12. Aqua celestis, aqua chymistarū, *ὕδωρ θεῶν*, Græce. Aqua dulcis mulsa, uel melicratum. Aquidura, *ὕδρα γωγῆ*. Aqua mulsa, id quod Græci *μελίκρατον* uocant. Aquarū calidarum, pariter & fontium rationē, require ex Aristotele li. de cælo & mundo, & libris meteororū. Aquila barbata, id est, Olfifraga. Aquila, piscis nomen. Plin. lib. 9. cap. 24. Aquilæ genera sex, scilicet Melœnetos, Valeria, Pygargus, Morphnos (quam Homerus Percnon uocat, aliqui Plancum, & Anatariam) Percnopterus quintū genus. Gnesion sextum, dictum Halæatus. Plin. libro. 10. capite. 3. 4. 5. Aquilones, idem qui & *βορῆαι*.

A R A

ἀράχνη, Araneus. Araneorū multa genera, uide apud Hermol. Barb. in Corol. li. 2. Arachne, a quibusdā Spondiliū appellatur. *ἀραχνεῖδεις*, tunica tenuissima in oculo: ea media subsidet, eoque cauo cōtinetur quiddā, quod a uitri similitudine *ὕαλοειδεις* appellatur a græcis: id neq; liquidū, neq; aridum est, sed quasi concretus humor, ex cuius colore pupillæ color, uel niger est, uel cæsius, cum summa tunica tota alba sit: id aut superueniens, ab interiore parte membrulæ includit: sub his gutta humoris est, ouī albo similis, a quo uidendi facultas proficiscitur. *χρυσάμοειδης* a Græcis nominatur. Arachinium, olearum morbus apud Theophrastum lib. 4. cap. 17. *ἀρακωτικά*, habentia uim rarefaciendi. Aracus, inter aphacas, ut iuquit Theophrastus siue lentem nascitur. Est & alia Aracus, de qua satis alibi egimus inter Tubera. Araneus piscis, Plinius libro. 9. capite. 48. Græce *ἀράχνη*. Arange, Spondilion, apud Dioscoridem libro. 3. capite. 88. Ararisa, Aristolochia, Clematidis, tertia eius species. Dioscor. lib. 3. cap. 5. Arabus, uel Arabicus lapis, de quo Dioscorides libro. 5. capite. 140. agit.

A R B

Arbor uocatur, q̄ caudice simplicī, ramo-

A R

sum, nodosum, surculosum, aut facile dis-
lubile assurgit, ut olea, uitis, ficus. Alias a
robore dicta. Theophr. lib. 1. plant. cap. 5.
Arbor S. Mariæ. Reynfar.

Arbor, piscis nomē, intantum uastis dispan-
sa ramis, ut ex ea caussa fretum nuncq̄ in-
trasse credatur. Plinius lib. 9. cap. 4.

Arbores resinam sudantes, sunt sex. Pinus,
Pinaſter, Picea, Abies, Larix, Teda; qui-
bus addi potest & septima, Pinaſter in Hi-
ſpania. Quarum ſingularum descriptio-
nes lege in ſuis locis.

Arborum descriptioes item aliquot. Le-
ge. Quercus.

Arbores lanigeræ. uide Plin. lib. 12. ca. 10.

Arbores quando ſint cædendæ, uide apud
Vitruuium lib. 2. cap. 11.

Arborū aliquot temperamenta, ſcilicet po-
puli, ſalicis, tiliæ, uiticis, eſculi, quercus,
abietis, alni, carpini, ulmi, cedri, iuniperi,
larycis, &c. require ex Vitruuij li. 2. ca. 11.

Arborideus ramus dicitur, qui alitur ut ar-
boreſcat, hoc eſt, ut arbor fiat, & arborea
magnitudine adoleſcat. Colu. lib. 5. ca. 4.

Arbuſtum. Veteres rei ruſticæ ſcriptores
Arbuſtum peculiariter appellant arbores
uitibus maritatas. Vnde & arbuſtium
uinum dictum, quod in arbuſto progigni-
tur. Plinianū uerbū eſt, arbuſtare agros;
quod ſignificat, arbuſtum in agris facere,
& arbores idoneas uitib. maritare. Actio
teſte iudicatur, nobilia uina in arbuſtis gi-
gni, & laudatiora in ſummis, uberiora in
imis. Vites enim maxime gaudent arbo-
ribus: quia naturaliter in ſublime proce-
dunt. Sicut territorium noſtrum pene to-
tum arbuſtis conſitum, mira pulchritudi-
ne, nec minori uuarum largitate ſpecta-
tur. Colu. lib. de Arbo. cap. 1. Hinc arbu-
ſtium uitis, quæ ſcilicet in arbuſto ponitur,
arboriq̄ copulatur. Colu. lib. 13. cap. 16.

Arbuſta, arbores in quibus extenduntur ui-
tes. Vel arbores uitibus maritata, atq̄ ui-
tiferæ, quæ in ordinem rediguntur.

Arbuſtare. Lege. Arbuſtum.

Arbuſtium uinum. Lege. Arbuſtum.

Arbuſtiarū uites, anadendrides. Lege. Ar-
buſtum.

Arbutus, nomen eſt arboris fraga gignen-
tis: alio nomine unedonem appellant. Ex
argumēto, unum tantū pomum eius eden-
di, duobus hoc nominibus appellant græci

A R

Comaron, et Memecylon. Iuba autor eſt,
quinguentum cubitorum altitudine in
Arabia eſſe arbutos. Colum. lib. 7. cap. 6.
Arbutus. Lege. Vnedo.

A R C

Arca. Vide. Porcas.

Arcades. Lege. Leontomiges.

ἀρκυοει μέγαν. Iuniperus.

Archagatus Peloponnensis Lyſante filius,
primus e medicis Romam uenit, L. Ae-
milio, & M. Liuiſo conſulibus, Anno ur-
bis. 535. eiq̄ ius Quiritum datum, & ta-
berna in compito Acilio data: ob id publi-
ce uulnerarium tradunt uocatum, mireq̄
gratum aduentum eius initio: mox a ſæui-
tia ſecandi, urendiq̄, trāſiſſe nomē in carni-
ficem, & in tædium artis omnes adeo etiā
medicos. Plinius lib. 29. cap. 1.

Archelaus, Medicus citatur ab Actio ſer-
mone, 13. capite. 133.

Archigenes, ni fallor, eſt de quo luſit poeta,
Aduocat Archigenē, oneroſaq̄ pallia ia-
ctat, Quot Themison ægros autūno occi-
derat uno, Mirum quantū in hunc inuehit
Gal. Libros Epistolarū medicinalium po-
ſteritati dedit. Item de obleſcē memorię in-
ſtauratione, 1. lib. De pulſibus librū, 1. De
ſignificatiōe febr. lib. 1. De muſculis lib. 1.
De longorū affectuum noticiā lib. unum.
Item libros regularum: autor Gale. de lo-
cis affectis lib. 3. cap. 4. Method. lib. 8. de
locis affectis, 2. Cælius Aurelianus ægri-
tudinum tardarum lib. 2.

Archontius uulnerum medicus, ſed plane
impoſtor, & Galeno, & Plinio teſte.

Archibellion, Anchufa, apud Dioſcoridem
libro. 4. capite. 26

Archine, Mandragora, apud Dioſcor. li-
bro. 4. capite. 79.

Arcophthalmon, Chryſogonō, apud Dio-
ſcoridem libro. 4. cap. 59.

Arcophyton, Tuſſilago, uel Bechiō, apud
Dioſcor. libro. 3. capite. 124.

Archezoſtis, uitis alba apud Dioſcoridem
libro. 4. capite. 194.

Arction, quod ab urſo nomē obtinet, in pe-
troſis naſcitur, apud Dioſcor. lib. 4. ca. 107.

Arcturus, ſyduſ eſt quod, autore Plauto, ue-
hemens eſt cum oritur, cum occidit uehe-
mentius, de quo Poeta. Sub ipſum arcturū
tenui ſat erit ſuſpendere ſulco. Autumat
Plinius, Archirū occidere tertio Idus Au-

A R

gusti, quo fere tempore initium est autum-
ni. Vide Columel. lib. 9. cap. 14.
Arcturos, Arction, apud Diosc. li. 4. ca. 107.
Arcus, est species segmenti solaris, uel luna-
ris, edita nube humida & caua, & perspi-
cua, quam uelut in speculo intuemur, ima-
gine relicta in speciem circularis ambitus.

A R D

Ardearum tria genera, Leucon, Asterias,
Pellos. Plinius lib. 10. cap. 60.

Ardens febris, est feruor qui cum inflama-
tione multa nullam quiescendi remissionē
corpori præbet. Hæc linguam reddit ari-
dam ac nigram, et frigidā cupiditatem, atq̃
sitim ingerit.

A R E

Area, est edita imago sydereę claritatis, un-
diq̃ illustrata: hætenus ab Arcu differēs,
quod ille e regiōe solis & lunæ uisendus n-
se exhibet: cum area sydus totum ambit u
cingere orbiculari soleat.

Aream in capite, & Celsus lib. 6. cap. 4. &
Gale. Therapeu. libro. 2. Alopeciam uo-
cant, & Ophiasim.

Arenarum quædam fossicia, quædam flu-
uiatica, quædam marina lota, apud Vitru-
uium libro. 1. capite. 2.

Arenæ fossiciæ genera: nigra, caua, rubra,
carbunculus. de quibus uide Vitruuium 1
libro. 2. capite. 4.

Arena nota satis, sed quæ sua tamen iuu-
menta habet. uide Dioscor. lib. 5. cap. 25 8.

Arenga. Lege. Mænas.

Arendum, id est, surfurosum.

Aretæus medicus, citatur ab Aetio, sermone
8. capite. 46.

A R G

Argemonia, Argemone Dioscoridæ,
Argemone, haud dubie id quod Agrimo-
nia uulgo. Cæterum de controuersia inter
Eupatorium & Agrimoniā consule Her-
barij nostri Tomum secundum, editionē
item Germanicam. Ab Dioscoride tracta-
tur lib. 2. cap. 196. Plin. lib. 25. cap. 9.

Argemon. Plin. lib. 28. ca. 8. & Argemata
plurali numero castigatius. Videntur autē
esse idē fere quod Leucomata, id est, albu-
gines. Quanc̃ in Loto herba Dioscor. ui-
detur seiungere: cū & ad argemata, & ad
leucomata pallere illā tradat. Nisi quis, nō
leucomata eo loco, sed glaucomata scribē-
dum censeat. Argemon certe a candore di-
citur. In Plinij quoq̃. 33. lib. capite. 5. Ar-

A R

gena, spuma legitur: sed scribendū tamen,
argenti spuma. Quanc̃ apud Sex. Pom-
peium legatur & Argenum. Argenum
enim, inquit, per candidum. Gale. ueroli-
bro de Definit. ait. Argemon, exulcera-
tio quædam, cum circa oculorum nigrum,
alba appareat, circa albū uero subrubida.
ἀργήματα, exulcerationes in oculo factæ,
qua in nigra oculi parte candida sunt, in
candida rubescunt.

Argemis, Argemone.

Argema. Vide, Argemon.

Argentum merum, foliatum.

Argenti folium, Geschlagen Silber.

Argentum uiuum. Quecksilber.

Argentum rude. Silber ertz.

Argentū rude puniceū, Rot guldin ertz.

Argentum rude purpureum, Braun ertz.

Argentū rude plumbei coloris, Glas ertz.

Argentum rude nigrum, Schuuartz ertz.

Argentum rude cinericeum, Grauu ertz.

Argentum rude ruffum, Rotbrendig ertz.

Argentū uiuum purum, Gedeyen queck-
silber.

Argentum pustulatum, Lege. Pastillatum
argentum.

Argenteus color, ab argento.

Argestes, ad dextrum uentus flans circa fa-
uonium. Vitruuius.

Argentum uiuum quomodo preparatur et
fiat, uide apud Dioscor. lib. 5. ca. 101.

Argentifodina, locus & specus unde erui-
tur argentum.

Argagation, medicamentū, quo utebantur
olim aduersus elephātiāsmi. autor Cælius
Aurelianus lib. 4. cap. 1.

ἀργήσ. Lege. Fulmen.

Argion, Capillus Veneris, apud Dioscori-
dem libro. 4. capite. 137.

Argyros, Linozostis, uel Mercurialis, a-
pud Dioscor. lib. 4. cap. 201.

A R I

Aria, syluestris arbor, hyemis initio fructifi-
cans, materie durissima, ut necesse sit ante-
q̃ terebretur, macerari eam prius aqua.
Quod & in Robore, Carpinoq̃ seruatur.
Honos ei, ad carbones argentarijs officii-
nis, ut Robori, Vnedoni, Piceæ.

Arida, Echion apud Dioscor. lib. 4. ca. 30.
ἀρίδεις, Locustæ.

Arid. sudor ἡρημυδρωσ, qui nō balnei pro-
uenit ui, sed exercitatiōe, ut placuit Eusta.

Aries piscis grassatur ut latro. Occulte em̄ latitans, si quem nandi uoluptas inuitat, rapit. Piscantium etiam nauiculas mergit, Plinius lib. 9. capite. 44.

Arilaria, Chryfagonō apud Dio. li. 4. ca. 59

Arion, Xiphion apud Diosc. lib. 4. cap. 23.

Arifaros, & Arifarō exigua herbula, cuius radix oleę magnitudinē implet, longe maioris q̄ Aron acrimonię describitur apud Dioscor. libro. 2. cap. 186.

Aristę, partes in spica primę.

Aristolochia longa, Mascula.

Aristolochia rotunda nomen inde sibi uendicauit, quod existimetur optime puerperis opitulari. De generibus eius uide Dioscoridem. lib 3. cap. 4.

Aristolochia Cretica, tertium eius genus, radice longissima, flore purpureo, colore buxco, bacculas ferens ut capparıs.

Aristolochia. Lege, Cyclamini radix.

Aristopæus qui dicatur, uide in dictione, Ambidextrum.

Aritrillis, Mercurialis apud Dio. li. 4. ca. 201

Ariston, Medicus.

Aristogenes duo fuerūt. Primus Thasius, qui plura admodum Antigono Macedonum regi inscripsit operum suorū. Alter Gnidius, seruus Chryssippi philosophi: inde maxime celebratus, quod Antigonum aliquando curasset. Autor Suidas.

Aristophilus, pharmacopola Plataicus insignis, autore Theo. de nat. Plant. li. 9. ca. 19. ἀριφιλία τῆ γέυσει, acre gustu.

Aristotelis præconium, & excellentiam sic fere prosequitur doctissimi. uir Theodorus Gaza Thessalonicensis, ad Nicolaū quintum Pontificem Romanū. Aristotelis, inquit, laudes si latius persequar, uereor ne mihi idem obijciatur, quod illi, qui apud Lacedæmonios, de Herculis laudibus agere uoluit. Quis Herculem uituperet, aut minus bene de eo sentiat? Quis illum nō inter deos immortales enumeret, colat, obseruet? ut tu laudare uelis, Lacedæmonij subdiderunt. Tanta em̄ Aristotelis existimatio, tanta autoritas iam apud oēs mortales, ut frustra quis prædicet, quo ingenio, qua doctrina hic fuerit. Hunc & Latij decus M. Tullius ita laudat, ut excepto Platone, facile Philosophorum principem appellet. Excipit em̄ illum, quem aiunt, laudat uero quem doctissimū esse iudicat. Ele

git hunc sanctissimum autorē. uelut supellectilem quandā preciosam: ut quæ a natura proueniunt, ex eius libris perdiscamus, se exinde admiremur atq; colamus. Quare nihil grauius, nihil dignius homini esse pōt. Tantus fructus suorū librorū est: tum eorū potissimum, quos de Animalib. scripsit. Nec audiendi sunt, qui inquit. Multa Aristoteles de musca, de apicula, de uermiculo, pauca de Deo. Per multa em̄ de Deo is tractat, qui doctrina rerum conditarū exquisitissima, conditorē ipsum declarat. Nec uero musca, nec uermiculus omittendus est, ubi de naturę mira solertia agitur. Ut em̄ artificis cuiusuis, sic naturę ingenium in minutissimis potius contemplandum est. Quinetiā, cum rerū causas cognoscere pulcherrimū sit (hac em̄ cognitione homo perfici, absoluiq; pōt) ut Deo im̄mortali similis, quoad eius fieri potest, eua dat, Aristotelis sane libris docemur, cur quæq; res in animaium genere ita sit, planeq; felicitatem illam assequimur nobiliorē, quæ in actione animi consistit, quā sapiens quoq; Poeta prædicans, Felix inquit qui rerū potuit cognoscere causas. Quid de Anima loquar? de qua toties publice, priuatimq; disputatur. Nusquā librorum suorū, philosophus hic opinionē suam exponit, q̄ in his libris, quid Anima sit, undeq; in corpus recipitur. Ad hæc, mores illi, & uirtutū officia, quibus uirum appellamus bonū, laudeq; prosequimur, longe melius hinc accipi possunt, quā uel a rethore, quē Græci sophistā uocant, uel a Prædicatore, noīe iam trito latinis auribus. Is em̄ sæpenumero uita discrepat ab præceptis, & melius hortantur alios, quā officio ipsi fungantur: ut interdum frustra illa uirtutis egregia laus recitata sit, proluxaq; eorum præceptio uacet & iaceat: cum exempla desyderētur uitę præceptoris, & autoritas: quā qui respicit, facilius et mouetur ad uirtutem, & in officio tenetur. At uero in cōtemplandis animalibus, moribus, de quibus agit Aristote. exempla suppetunt omnium officiorū, & effigies afferuntur uirtutum, sum̄a cum autoritate naturę omnium parentis, nō simulatæ, nō cōmentitiæ, non inconstantes & labiles, sed uere ingenuæ, atq; perpetuę. Quis em̄ tam peruersa natura, hostis sui generis est, quin emende

tur & mitigetur, cum nullum animal a sui generis, bestiam impeti uideat: Quis tam in parentes impius, ne cum Ciconiæ auis, aut Meropis pietatē erga parentes intelligat, pientior efficiatur: Quis adeo inhumanus, illiberalisq; est, quem ossifragæ benignitas in pullos aquilæ, non faciat benigniorem: Quis tam piger, iners, & segnīs est, quin excitetur ad uitę munera, cum formicarū, aut apum labores, atq; industriā intuetur: Quom nō pudeat per metum peccare, cum nō solum leonis animū inuictū cogitat, sed etiā Reguli auiculæ, quæ cum Aquila pugnat, certatq; de imperio: Quis principem bonū nō colat, cum si rex Apū in itinere aberrauerit, oēs eum inquirere, odoratūq; sagaci persequi, donec inuenerint, cognitū habeat, gestari etiam regem a plebe cum uolare nō pōt, & si perierit, oēs discedere: Nunquid parum exempli, ad boni Principis, siue desyderium, siue obseruantiam datur: Quis Princeps nō ad clementiam facile inuitetur, cū reges Apum armari quidē aculeo, sed eo nunq; uti intelligat: Quæ fides: quis amor in canibus: Quanta in Elephantis mansuetudo: Quæ in Ansere uerecundia: Quantū studium ornatus, ac polituræ in Pauone: Quanta opera uocis amœnæ, suauisq; in Iuciniā: Quid de iusticiā Apum dicam: quæ colligunt quidē ex ijs, quibus aliquid dulcedinis inest, sed sine ullo fructuū detrimento. Quid de castitate Elephantis: qui quā impleuerit coitu, eā rursus non tangit. Aut Columbe, quæ neq; coire cum pluribus patitur: neq; coniugiū iam inde a primo ortu ininitum deserit, nisi uidua, aut celebs: Disciplina aut, & eruditio Elephantis, quæ non faciat studiosiorē: Omnino nulla pars uitæ humanæ est, quæ nō suorum officiorū exempla cōmodissime hinc accipiat. Nam ut omittam artes liberales, quæ & ipse ingenijs animalium non parū iuuantur, ualetudinis exempla quæso, unde cōmodius peti, q̄ ex aialibus possunt: Loca pro temporis conditione solent illa mutare: nō plus edunt, aut bibunt, q̄ sibi salubre sit: nō diutius dormiunt, q̄ ratio ualetudinis postulat: modum mouēdi, quietandiq; seruant. Nouit sua quodq; medicamina, uiuit sua quodq; sorte contentū, & gaudet. Hæc late a medicis præcipiuntur. At uero exem-

pla, in quib. maior, q̄ in præceptis uis est, ab aialibus certiora perhibentur. Addo utilitatem, quæ in dicendi facultate ex hac animalium ratione afferri pōt. Comparationes em̄, assimulationesq; illæ, quas Græci parabolas, uocant, quæ plurimū orationē exornant, auditoremq; tenent, hinc uarię, copiosæ, aptissimeq; accipi possunt, ut siue oras, siue cōmunem partiris cum alijs sermonem, eloquens, aptus, suauisq; esse possis. Poeta uero, unde nam pulchrius sua illata, & mira accipiet, q̄ ex Aristo. libris de Animalibus, qui naturæ archana, rimantur, enarrant, afferūt: Medicus uero quod fatetur, se sua inde ordiri, ubi philosophus definit, nusq; plenius q̄ hic uiderit: quodq; a Galeno medicorum Principe traditur, Aristotelem primum anatomicum, hoc est, membrorum dissectionem scripsisse, hic agnoscet, & quam idem ut primus & optimus fuerit autor percipiet. Hæc Gaza.

¶ De Aristotelis Bibliotheca.

Aristoteles Bibliothecam, & scholam reliquit Theophrasto, & primus omnium quos scimus Plin. lib. congregauit, & Aegypti reges Bibliothecæ ordinē docuit. Theophrastus uero eam tradidit Neleo. Neleus Scepsim detulit, ac posteris dedit sane imperitis, qui libros negligenter tenebant. Qui cum Attallicorum regum, sub quibus erant, studium sentirent cōquirendorum librorū, ad instruendam eam Bibliothecā, quæ Pergami erat, eos in fossa quadam sub terrā occuluerunt: quos & tineis, & humiditate labefactos, tandem qui ex eo genere erant, Apeliconi Teio tradiderūt, magno emptos argento, Aristotelicos scilicet, & Theophrasticos. Apelicon, ut qui magis librorum esset studiosus, q̄ sapientiæ, uolens corrosiones emendare, eos transcribendos dedit, scriptura non recte suppleta, quapropter libros ædidit erroribus plenos. Sed antiqui peripathetici post Theophrastum, cum omnino libris ordinarijs carerent, paucis duntaxat exceptis, exteriorum sermonum, nihil habebant, in quo firmiter philosopharentur, sed positiones quasdam lucubrabant. Posteriores, postq; hi libri in lucem uenerent, Aristotelem imitantes, longe melius q̄ illi philosophati sunt. Nam propter errorum multitudinem, consentanea dicere necesse habuere.

Multū ad hoc Romani cōtulērunt. Nam continuo post Apeliconis obitum, Sylla, qui Athenas cepit, allata illius Bibliotheca huc eam transtulit. Tyrannion quoque Grammaticus incepit, cū Aristotelis aman- tissimus esset, eo sibi conciliato, qui Biblio- thece preerat. Item librarij quidā scripto- ribus utentes non bonis, nec scripta confe- rentes, quod in his libris precipue fieri so- let, qui uendendi transcribuntur, tum hic, tum etiā Alexandrię. Ad Chalcidem uer- satus est, quoad uita functus est. Suidas.

ἄριστοτέλης ἦος νικομάχου ἢ τοῦ φασιτιάδος
ὁ δὲ νικόμαχος ἰατρός ἦν τῶν ἀσκληπια
δῶν γένους ὑπὸ νικομάχου τοῦ μαχάνιος
ἐκ σαγείρων πόλεως τῆς θράκης, φιλοσό-
φος, μαθητὴς πλάτωνος, τραυλὸς τῆν φω

Deritu docendi Aristot. ex Aul. (vñm.
Gellij Noct. Atticis lib. 20. ca. 4.

Commentationum suarū, artiūque, quas disci- pulis tradebat Aristoteles Philosophus, Regis Alexandri Magister, duas species habuisse dicitur. Alia erat, quę nomina- batur ἐξωτερικὰ. Alia quę appellabatur ἀκροαματικὰ. ἐξωτερικὰ dicebantur, quę ad Rhetoricas meditationes, facultatē ar- gutiarū, ciuiliūque rerū noticiā conduce- bant, ἀκροαματικὰ autem uocabantur, in quibus Philosophia remotior, subtiliorque agitabatur, quęque ad nature contemplatio- nes, disceptationesque Dialecticas pertine- bant. Huic disciplinę quam dixi ἀκροαμα- τικῶν tempus exercendę dabat in Lycio matutinum: nec ad eam quenque temere ad- mittebat, nisi quorū ante ingenium, & erudi- tionis elementa, atque in dicendo studiū, la- borque explorasset. Illas uero ἐξωτερικὰς eodē in loco uesperis faciebat, easque uulgo iuuenib. sine delectu dabat, atque eū δειλι- νὸν περίπατων appellabat, id est, pomeri- dianam inambulationē. Illū alterū supra ἐωθινὸν (utroque em̄ tēpore ambulans disse- rebat) librosque suos earū rerū oīm cōmen- tarios seorsum diuisit, ut alię ἀξιατερικοί di- cerentur, partim ἀκροαματικοί. Quos cū in uulgus ab eo editos Rex Alexander co- gnouisset, atque ea tempestate armis, exerci- tisque oēm prope Asiam teneret, Regemque ipsum Dariū prelijs, & uictorijs urgeret, in illis tñ tantis negocijs, literas ad Aristo- telem misit. Non eum recte fecisse, quod disci- plinas ἀκροαματικὰς, quib. ab eo ipse eru-

ditus foret, libris foras editis inuulgasset. Nā qua inquit, alia re prestare ceteris pote- rimus, si ea quę ex te accepimus, oīm pror- sum fient cōmunia. Quippe ego doctrina præire malim, quā copijs atque opulentijs.

Plinius de Aristotele libro. 9. cap. 16.

Aristoteles diuersa tradit, uir quem in his magna secuturus parte prefundum reor. Alexandro Magno Rege inflāmato cupi- dine animalium naturas noscēdi, delegataque hac cōmentatione Aristoteli, summo in oīm sciētia uiro, aliquot milia hoīm, in totius Asię, Gręcięque tractu parere iussa, omnium quos uenatus, aucupia, piscatusque alebant, quibusque uiuaria, armēta, aluearia, piscinę, auararia in cura erāt, ne quid usquā gentium ignoraretur ab eo, quos percūctando, 50. fere uolumina illa de Animalib. cōdidit.

Laus Aristot. ex Cice. Tusc. quest. li. 1.

Sed ut Aristoteles uir summo ingenio, sci- entię copia cū motus esset Isocratis Rhetor- is gloria, dicere etiā cepit, adolescētes do- cere, & prudentiam cū eloquiētia iungere. Sic nobis placet, nec pristinum dicendi studi- um deponere, & in hac maiore & uberio- re arte uersari. Et paulo post eodē libro. Aristoteles longe omnium prestas (Platone semper excepto) & ingenio, & diligētia.

Idem autor de Finibus libro quinto.

Persequutus est Aristoteles animantium omnium ortus, uictus, figuras. Theophra- stus autem stirpium naturas, omniumque fe- re rerum, quę e terra gignuntur, causasque atque rationes. Ab Aristotele mores, insti- tuta, disciplinas: a Theophrasto leges etiā cognouimus. Et plura ibidem de compa- ratione Aristotelis, & Theophrasti.

A R M

Armatura cōceptus, tertium inuolucrum foetus in utero, quod partū tuetur, aduer- sus sui ipsius lotium, & humores. Sic enim Albert. appellat. Auicēn. uocauit Abgas. Armeniaca, siue Armenia, prunorum ge- neris sunt, peregrina & ipsa, ut ex nomine cognoscitur. Sola e prunis odore cōmen- dantur. Armeniaca uocari desita, & præ- cocia, & præcoqua tñ dici, testis est Gale. Palladio præcoqua differūt ab Armenijs. Armigrion, Draconcium maius. Armoracia, genus Rhapsani syluestris. Armenium, siue Armenius lapis, siue Ar- meniicus, inter colores floridos uocatus

A R

deponitur. Lapis est Chryfocollæ modo infectus. Vide Dioscor. lib. 5. cap. 96.

A R N

Arnabo, unguenti species apud Paulum et Actium, sed exoletum plane.

ἀρνακίδες, pelles agninae.

ἀρνεια κρέα, ouillæ carnes, apud Lucianum in Ioue Tragædo.

ἀρνειον, Plantago.

ἀρνόγλωσσον, Plantago.

A R O

Aromata. Scripserunt de Aromatis Plinius et Dioscorides, de quibus regionibus, ex quibus potissimum probantur. Verum secus hodie nostrates, qui insulam Calechut nauigauerunt, in primis uero Aloysius nauigationis sue li. 3. Eius igitur uerba sic habent cap. 83. Piper aduehitur e turri quadam, quæ est ultra Calechut, secus litus, ad leucas fere, 50. Cinnamonum mittit regio dicta Zalon, nec alibi inuenitur: ea est ultra Calechut, itinere leucarum, 260. Garyophyllum fert Meluza, quæ abest a Calechut ad leucas, 12. more Lusitano, in loco qui dicitur Cananor. Noces uero muscatæ, & Mastix, afferuntur ex Meluza, quæ abest a Calechut leucis 740. Castoreum uero, hoc est, Muscatum, uenit e prouincia quadam, quæ dicitur Pego, distans a Calechut leucis, 500. Vniones uero proceriores affert plaga Armuze, citra urbem Calechut leucis, 700. Spica nardi, & Myrrabolani aduehitur ex Combaia prouincia citra Calechut leucis 600. Cassiam in surculis mittit urbs ipsa Calechut. Mittunt uero sua Thura Sabæi, citra Calechut leucis 800. Myrrham Fartica regio, citra Calechut 700. Lignum autem Aloe, Reubarbarum, et Camphoram, Calingan mittit. Cardamomum maius Canona mittit, oppidum Calechut, longe ab eo leucis, 12. Piper longe in Samo inuenitur, Benzui, & Zan, ultra Calechut leucis 700. Thamarindum, et Zedouariam mittit urbs Calechut. Lacham mittit oppidum dictum Samoterra, ultra Calechut leucis 50. Brasille fert regio Tanazar, ultra Calechut leucis, 50. Opium fert plaga Adde, citra Calechut, 700. Id quod an ita reuera habeat, cum præintercapedine locorum immensa, & pene portentosa experiri non liceat, necessario scriptori fides habenda est: adulterari tamē per tanta locorum spacia, per tot maria, tot sinus, tot terras, quis non

A R

credat? Quanto integriores, duratioreseque fuerunt maiores nostri Germani, qui contemptis his peregrinis, sue tamen terræ herbis & fructibus, incolumes Nestoreos pene annos attigerunt; cum hodie inter delicias illas uix millesimus quisque ad octogesimum pertingat annum; & tamen egregie interim placet exotica, sordent patria, et nature magis conuenientia quæque. Attigimus de hac re & in Herbario nostro non nihil.

Aron describitur a Dio. li. 2. cap. 185. Theophrasto li. 7. c. 11. Plin. li. 24. c. 16. & li. 19. c. 4.

Aronia, uulgo Mespila.

Aronyō, Semperuiuum, apud Dio. li. 4. c. 91.

A R Q

Arquatum morbum ueteres dixere, qui alio nomine Regius uocatur: eo quod arcus cælestis ei concolor sit in uirore: Greci ικτερόν uocant, & uulgo Ictericam. Ictericæ homines sunt aureoli coloris, & lutei: unde & auriginem appellant. Cornel. Cels. Aequè notus est morbus, quem interdum Arquatum, interdum Regium nominant: quem Hippoc. ait, si post septimam diem, febricitante egro superuenit, tutum esse, mollibus tamen modo præcordiis substantibus. Diocles ex toto, si post febrem oritur, etiā prodesse: si post hunc febris, occidere. Color autem eum morbum detegit, maxime oculorum, in quibus quod album esse debet, fit luteum. Cur autem Regius morbus dicatur, docet Q. Serenus, sic scribens. Regius a uero signatus nomine morbus, Molliter hic quoniam celsa curatur in aula. Consimiliter Celsus tradit, ut edum esse in hoc morbo frigidis natationibus, lecto etiam, & cõclauis cultiore, clauso loco, ludis, lasciuia, per quæ mens exhilaretur, ob quæ Regius, inquit, morbus dictus uidetur. Plinius memorat, Icteron uocari a colore: quæ si spectetur, sanari id malum, & auem mori. Est & gemma nomine Ictericæ, lucido coloris similis, ideoque existimata salubris contra Regios morbos. Columella lib. 7. c. 5. Arquatus color, dictus ab arcu pluuiarum Arquatus morbus, lege, Ictericus. (nuncio. Arquati, id est, morbo Regio laborantes.

A R S

Ars, est similium comprehensionum congeries, quæ ad finem quandam uite commodum referri possunt. Vel sic, Ars est comprehensionum similium adiectio, quæ ad finem unum referuntur. Gal. de Definit.

À R

Ars Medica, ab Hippoc. in lib. de Arte, sic definitur, Medicinā hoc noīe appellante, ut sit, quæ a morbis & egritudinib. liberet affectos, & laborātes grauius, & uehemētiōres morborū impetus sedat, & ne male uictis admoliamur monet, sciētes, hęc oīa Medicinā pteſtare poſſe. Sunt & alij non pauci, qui ſic definiērūt. Medicina eſt ars, non minus ſanitati iuuandæ, atq; morbis ſanandis accommoda. Galen. de Definit.

Arſacus, ramus Cancrī.

Arſela, Argemones ſpecies ſecunda.

Arſemanthon, Glichon, uel Pulegiū, apud Dioſcor. lib. 3. cap. 34.

Arsenicum, Operment.

Arsenote, Stafiſagria, Dioſcor. lib. 4. ca. 158.

Arsenicum, ſiue Auripigmentum quid ſit, uide apud Dioſcor. lib. 5. cap. 112.

A R T

Artemedeion, Diſtamnū. Dio. lib. 3. ca. 35.

Artemiſia, nota herba, deſcribitur ab Dioſcoride lib. 3. ca. 125. Plinio li. 25. ca. 7. & 10.

Artemon, Medicus.

Artemone, id quod Dioſcorides uocat Argemonem alteram, lib. 2. cap. 197.

Arteria, receptaculū eſt ſanguinis rarioris, & purioris, commixti cū ſpiritu naturali abundantiore. Eſtq; Arteria calidior, & ſiccior, magiſq; ſenſu p̄dita, quam uena pulſatilis. Galenus de Definit.

Arteriarum motus qui ſit, & qui earum fontes, uide Galen. lib. 1. de motu muſculorū.

Arterię Carotides, quas nos uocamus Subeticas uenas.

ἀρτηριοτομία, uenarum incifio, de qua uide Paulum lib. 6. cap. 4.

Arterſitte, lingua Pœnorum Coronopus.

Artredones uocantur, quæ ex apibus ſunt minores. Meminit Ariſt. qui inter crabrones collocat, etiāſi in ueterib. exēplaribus teuthedron corrupte legatur, pro Artre-

ἀρθρικός, articularū morbo laborās. (drō. ἀρθρίτις, morbus articularis. ἀπό τοῦ ἀρθρῶ, id eſt, iungo, ſiue ἀρθρῶν, quod ſignificat ar-

Artocopi, id eſt, piſtores. (ticulum.

Artocopei. i. piſtores, & panis coactores.

Articularis morbus, eſt inflammatio articulis accidens, magnum dolorem neruis patientibus adferens.

Artrare, eſt aratrare: & eſt, quando ſata inarantur, poſtq; & nata ſunt, & excreſcunt.

ἀρτοκόπιον, piſtrinum.

À S

ἀρτηριοτομία, arteriarum ſectio.

ἀρτύσις, condita.

A R V

Aruina, durum pingue, quod eſt inter cutem & uiſcus.

Arundo caſtratur. Plinius, reficitur ex ſeſe, uetere arundineto extirpato, quod utilius reſertum, quam caſtrare ſicut antea. Inſpice quid ſit caſtrare animal, & id trāſfertur ad arundinē, & plantas. Colum. li. 4. c. 32.

Aruncus, uillus ille, qui e mento propendet capræ.

ἀρούρα, ager, uel cultus locus, apud Homerum tam frequens dictio, quā apud Athenas noctuæ.

A S A

Aſa quid ſit, uide, Laſerpitium.

ἀσαμίνθους ἐνφῆσαι, Homerus balnearum genus quoddam facit, Odif. p.

Aſarum. Vide Dioſcor. lib. 1. ca. 9. atq; ibidem Coroll. Barbari. Plin. item li. 12. ca. 13.

A S B

Aſbolon, & Aſbole, Fuligo pictoria, apud Dioſcor. lib. 5. cap. 173.

Aſbeſtus lapis, apud Solinum cap. 12.

A S C

Aſcarides, ſunt tenues quidā lumbrici, qui parte maxime inferiore inteſtini corroſi gignūtur: & plurimi apparēt in iumentis male cibum coquentibus: quorum malam coctionem foetor indicat excrementorū. Galen. Apho. 28. lib. 3.

Aſcis, Veratrum albū, apud Dio. li. 4. c. 1516

ἀσκίτις, genus Hydropiſis utricularium, ſic enim Greci ἀσκόν, id eſt, utrem uocāt, quo liquores continentur, & qm̄ in hoc atq; plus, ſpūs uero minus ſit. Neq; em̄ ſecus, q̄ in utre collecta in eo aqua ſeruatur.

Aſclapon, Medicus Patrēſis. Huius artem uehementer commendat Cicero Episto-

rum familiarium lib. 13. Fuit Aſclepiades ætate Magni Pompeij Rhetoricę Magi-

ſter. Sed cum non ſatis in ea arte queſtu-

ſus eſſet, homo ſagacis ingenij, ad Medicinam ſe cōuertit: atq; ut neceſſe erat, homi-

ni qui nec id egifſet, nec remedia noſſet, oculis, uiſuq; percipienda, torrenti, ac medi-

tata oratione quotidie blandiēs, omnia ab-

dicauit, totamq; Medicinam ad caſum re-

uocando, cōiecturam fecit: quinq; res maxime communium auxiliiorum profeſſus: abſtinentiam cibi, alias uini: fricationē cor-

*Hunc Curro omni
facili medico
eloquentiſſimi eſſe
ſcribit p. de orato
re.*

Vitruvius in de archi-
tectura lib. 2. cap. 10.
ubi dicitur quod
in aedificiis
quibusdam
quodammodo
invenitur
quodammodo
invenitur
quodammodo
invenitur

poris, ambulationē, gestationesq̄, cum se
metipsum sibi prestare possēt intelligere.
Fauentibus cunctis, cū essent uera, quæ fa-
cillima erāt, uniuersum prope humanū ge-
nus circumegit in se, nō alio modo, quam
si cœlo emissus uenisset. Trahebat præter
ea mentes artificio mirabili, uinum pro-
mittendo ægris, dandoq̄ tempestiue tum
frigidam aquā. Et quoniam causas mor-
borum prior scrutari Herophilus institu-
erat, uini rationē illustrauit Cleophantus
apud præscos, ipse cognominari se frigidā
dando præferens, & (ut autor est M. Var-
ro) alia quoq̄ blandimenta excogitabat:
iam suspendendo lectulos: quorum iacta-
tur, aut morbos extenuaret, aut somnos al-
liceret: iam balneas, auerissimas hominum
cupidine instituendo. Et alia multa dictu
grata, magna autoritate, nec minore fa-
ma, cū accurrisset ignoto funeri, relato ho-
mine ab rogo, atq̄ seruato, ne quis leuibus
momētis tantā cōuersionē factā existimet.
Id solū possumus indignari (ut inquit Pli-
nius) unum hominem in leuissima gente,
sine opibus ullis orsum, uectigalis sui caus-
sa, repēte leges salutis humano generi de-
disse, quas tamē postea abrogauere multi.
Asclepiadē uero iuuere multū: cura nimis
anxia, & rudī tum obruendī ægros ueste,
sudoresq̄ omnimodo ciendī: nunc corpo-
ra ad ignes torrendo, solesue assidue in ur-
be umbrosā querēdo, imo uero in tota Ita-
lia imperatrice, tum primum pensili balne-
arum usrad infinitum blandiente. Præ-
terea in quibusdam morbis, medendi cru-
ciatus detraxit. Vt in anginis, quas cura-
bat, in fauces organo demisso. Damnauit
merito & uomitiones, tunc supra modum
frequētes. Arguit & medicamentorū po-
tus, stomacho inimicos: quod est magna
ex parte uetitum. Phreneticos in lumine
habendos præcepit, non in tenebris. Tum
demū sanguinē his mittere, perinde esse
dixit, ac si trucidentur. Officium esse Me-
dici dixit, ut tuto, ut celeriter, & ut iucun-
de curet. Medicamenta sustulit. Alium
non roties, ut antiqui, sed febrī tantum, &
ubi necesse erat, subducebat. Cū hodie no-
strates nihil fere magis habeant in prom-
ptu, & quod ubi perfecerunt, nihil habent
ultra quod agant. Febrī ipsa præcipue ad
remedium se uti dicebat. Conuellendas

etiā ægri uires putauit, luce, uigilia, siti in-
genti, sic ut ne os quidē primis diebus elui
sineret. Plinius lib. 7. cap. 37. lib. 25. cap. 1.
lib. 26. cap. 3. Galen. 2. Thera. Cornel. Cel.
lib. 1. Scribonius in commentario suo.
Asclepias, herba, ab inuentore sic dicta A-
sclepio medico, quæ sit, uide apud Diosco-
ridem lib. 3. cap. 104.
Ascyrion, per se herba alia, ascyrum dicta,
cognomento Androsēmi. Vide lib. 3. Dio-
scor. cap. 174.
Ascyroides, Hyperici generis, apud Dio-
scoridem lib. 3. cap. 173.
Ascyrum, Hyperici generis, apud Diosco-
ridem lib. 3. cap. 173.

ἀσκιος χαλκός, id est, exumbratum es, uel
A S CH (flos æris.

Aschrion empiricus, medicamentorum pe-
ritissimus, senex cōciuis, & præceptor Ga-
leni, ut ipse inquit lib. 11. Simpl. cap. de Me-
dicina cancerorū: ubi subinde meminit &
Pelopis præceptoris.

A S E

ἄσας, stomachi fastidia, apud Galenū 4. de
ualetud. tuen.

Aselli, Lege, Onos.

Asellorum pisciū duo genera: Callariæ mi-
nores, & Bacchi. Plin. lib. 9. cap. 17.

A S I

Asilus, insectorum genus, quod ex rore na-
scitur. Insidet hic raphiani folio primo ue-
re, & spissatus sole, in magnitudinem mi-
lij cogitur. Inde oritur uermiculus par-
uus. Plin. lib. 11. cap. 32.

Asinarix mole, grauiores sunt quam trasa-
tiles, & immobiles.

Asini pisces, qui per diminutionem Aselli
dicuntur.

Asinus. Plin. lib. 8. cap. 43.

Asia petra, siue Asius lapis, apud Diosco-
ridem lib. 5. cap. 133.

Asius lapis quales uires habeat, uide apud
Dioscoridem lib. 3. cap. 133.

A S O

ἀσώδης, ex repletionem cibi fastidium.

Asonch, ægyptiace Plantago.

A S P

Aspalathon, nisi sandali uocati species sit,
haud dubie hoc tempore ignota est.

Aspalacus in terra Beotiorū tantum gigni-
tur: inde translatus perire dicitur. Aelia,
ἀσπάλατοι, spinarum generis apud Theo-

critum Idyllio. *Α. ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε, ἢ ἀσπαλάθοι κομοῶντι.*

Asphalathō, Hieronymus Herbarius pro Berberis spina interpretatur, non recte. Nō est em̄ nostri climatis, aut orbis arbor, uel spina, sed Rhodi, & Græciæ; nec uideo, cur hodie ueram possimus habere Theriacam, cum tamen de rebus ipsis quæ ingrediuntur, nō constet. Sic hic plane de Aspalatho: quicquid tandem somnient diuinatores, qui ex suis suspicionibus hodie docēt cognoscere herbas, & in suo sensu egregie sibi sapientes uidentur.

Aspalathus, hoc nomine & Cyperon Diosco. appellat lib. 1. græce ἀσπαλάθος. Differt autem Aspalathus ab Asphaltō: quia Aspalathus odoratus frutex est, ut inquit Diosc. surculosus, multis spinis coherens, plurimum in Syria & Rhodo. Asphaltus uero Iudaicum bitumen. Plin. lib. 12. c. 24. Theophrastus lib. 9. cap. 7.

Aspanas. Lege, Spinacium.

Asparagus, ab asperitate, ut inquit Varro, nomen sortitum est. Ipsum quoque guttur, a quibusdā Asparagus uocatur. Ab Appiano tñ Grammatico, nō Asparagus, sed Spharagus. Corrudā appellant hodie hanc herbam. Spinosi sunt ex toto Asparagi, ut scorpius, unde scorpiones a Columel. fortasse nominantur. Quamvis Asparagus cognomento scorpius, siue scorpio, aliud genus est, ut de scorpio herba infra.

ἀσπαρμῶ, infœcundus.

Aspergo, inis in genitiuo, græce νότις. Vitruuius quoque illo uerbo utitur. Redolent loca, inquit, senta situ, & humētia uligine, & quæ perflatum non habent. Quod quidem odoris genus imperita plebs Rheumaticum appellat.

Aspidion, Alysson, apud Diosc. li. 3. c. 104.

Aspidion, Atractilis, apud Dio. li. 3. ca. 106.

Aspis, quinum cubitorū magnitudine iam inuentus. Color his niger, quandoque cinereus, interdum fuluus. Ab ea ictum, ultra quatuor horas uiuere negant. Aelianus. Huius capitalis inimicus Ichneumon. Cōsule super ea Plutarchum lib. de Aspidib.

Aspidum tria genera distinguit Barbarus. Primum, Chelidoniæ, ab hyrundinum colore, iuxta ripas amniū, paulo cubitalibus maiores. Secundum genus terrestre, subuiridi fere, aut cineris colore, cubitorum

quinum. Postremum, quæ dictæ sunt Ptyades, quibus idem color, sed & auro quoque proximus. Ptyaden fuisse, quam Cleopatra sibi admouit, Galenus autor est. Hæc ceruicem exporrigenis, metitur ex intervallo quem feriat. Solinus Hypnalem dicit appellari, necantem somno: qua uitam sibi Cleopatra inuiderit.

Aspidum uarias species & nomina, requirere apud Aetium sermone 13. cap. 20.

Asplenos, Hedera apud Diosc. li. 2. ca. 199.

Asplenion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 152.

ἀσπληνιον, sic in Galatia, et Chaltide Acorus appellatur, teste Dioscoride lib. 2. Sic dictum, quod splenem minuit.

Aspratiles pisces, squamati, duriorisque carnis sunt.

A S PH

Asphaltion, græce ἀσφαλτῶν, dicitur bitumen. Vnde Asphaltites locus dictus, quæ si bituminalis. Colum. lib. 6. cap. 16.

Asphaltitis, trifolium, apud Dio. li. 3. ca. 122.

Asphaltion, Trifolium, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 122.

Asphaltitis, Polygonium, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 5.

Asphaltus, Lege, Aspalathus.

Asphodelus, Lege Halimum.

A S S

Assatio, concoctio est, quæ ab arido & alieno calore efficitur. Aristot. lib. 4. Meth.

Assipitium, id quod arabice uocāt Ziriberigi, dulcis cibus, factus de carnibus, speciebus, & melle, seu saccharo, siue aceto, etiā si addi id interdum possit. Vtitur eo uocabulo subinde in diētis suis autor Tacuin.

Assula, Plinio, Viruuioque, & alijs honesta uox est, qua primum significant, quæ marmorarij in cædēdo marmore fragmenta dissecant, & quæ in frangendis alijs rebus in longitudinem magis quam in latitudinem fragmenta disijciuntur. Idem quod σκινδαλμὸς. Vtuntur ea uoce Dioscoridis interpretes, significaturi radicum concisionem, quas interdum assulose, & assulatum concidi iubent.

A S T

Astaci, Gammari, cancrorum genus. Plin. lib. 9. cap. 31.

Astalabites, id est, stellio. Lege, Stelliones.

Astaphelinos, Pastinaca syluestris, ab Dioscle sic uocata.

A S

Astaphis, Stafisagria, apud Dio. li. 4. ca. 158.
Aster, seu Inguinlis, apud Dioscoridem
lib. 4. cap. 121.

Aster, pastillus, subuersioi stomachi ualens
est apud Aetium ferm. 9. cap. 10.

Astericos, Aster, seu Inguinalis, apud Di-
oscoridem lib. 4. cap. 127.

Asterchillos, Achillea, apud Dio. li. 4. c. 39.

Asteroion, Spondylicon herba, apud Dio-
scoridem lib. 3. cap. 88.

Asterion, satiuu Cannabis, apud Dioscor.
lib. 3. cap. 167.

Asterion, Aster, seu Inguinalis, apud Dio-
scoridem lib. 4. cap. 127.

Aeristi, summa papauerum capitula, a qui-
busdam dicta.

Asterias, auis in Aegypto, docilis humane
uocis.

Astorgij, apud Pausaniam, quos Itali Asto-
res uocant.

Astorgion, uel Asterion, ἀστῆριον, genus a-
ranei, quod late pungit. Barb. in Coroll.

ἀστράγαλοι apud Homerum pro uertebri
spinae, quas σφονδύλουσ uocant.

Astragali, suilli tali, quos in homine Malle-
olos appellamus.

Astragalus herba a Plinio describitur folio
longo, incisuris multis, obliquis circa radi-
cem, lib. 26. cap. 8. & apud Dio. li. 4. ca. 65.

ἀστράγαλος ὄσος, suis talus, cuius uicē in ho-
mine malleolus appellatus implet.

Astringens febris, Lege, Febris est exube-
rantia, &c.

Astrion, Coronopus.

ἀστροβλήτου ἀστρον, uocant Canem, quoniā
frequenter terrā nascentia siccat, adeo ut
perarescant.

ἀστροβλήτοι, Vide, Siderationem.

ἀστροβολισμός, ibidem.

ἀδμα, cum uehementior est spiritus reren-
tio, & cum spuerē aeger sine sono non po-
test. Est enim anhelitus, siue anhelādi diffi-
cultas, uehemens respirandi difficultas, in-
fertq; dispneam, putredinēq; affert: quos-
dam corruere cogit, & rursus resurgere.

ἀσομος, quod ori non conuenit.

Astomina, Lege, κόλπος.

Asturiones equi, qui ex Asturia ueniebāt,
& Tollutarij dicti.

A S Y

ἀστυλυσία, conceptionis defectio.

ἀστυπλήρωτα, caua, quae non implentur.

A T

Astiphilicon, gramen, apud Dio. li. 4. ca. 33.

A T A

ἀτανάμερον, torpentia membra.

A T E

Ater succus. Sic ueterum quidam atrambi-
lem uocauerunt.

Ater color, horribilis dictus omnino, uelut
Anthrax, id est, carbo, nā proprie est car-
bonis extincti. Quare scite, ut omnia, Te-
rentius: Tam excoctam, inquit, reddam,
atq; atram, q̄ est carbo. Et inde a Virgilio
cinis dictus est ater, & fauilla atra. San-
guis praeterea caloris, atque coloris ignei
particeps, effusus, ac frige factus, amisso ru-
bore, tanquam in carbonem mutatus, ater
ab omnibus uocatur. Dicitur & mors atra:
quia cadauer extincto calore illo uitali, quo
corpus alitur, atrum relinquitur, ut est car-
bo. Quae mihi per q̄ elegans uidetur simili-
tudo. Quid, quod dies atrī eadē de caussa
dicti fuerunt: Qui em̄ luctum afferebant,
carbonibus, ut contra dies læti syrupis si-
gnabantur gypseis. ex quo Horatius ait:
Creta, an carbone notandi. Differt in hoc
a colore nigro: quod ut omnis ater est ni-
ger, sic non omnis niger est ater. Horren-
dus est hic, tristis, uisu iniucundus, lugen-
tibus accommodatus: ille cōtra nonnunq̄
lepidus ac uenustus, ut humani oculi sunt
complures, quos nemo atros diceret, sed
nigros, q̄ tamen nihil maiori cum uolu-
ptate spectamus. Vocabatur autem Ater
ab antiquis etiā Anthracinus, idemq; Fur-
nus. Quibus longe minus sunt nigri, liui-
dus et fuscus. Alter ex graui corporis ictu
proueniens deformitatē habet. Vnde in-
uidi aliorum bonis, uelut uerberibus lani-
ati, & idcirco exangues, liuidi nūcupantur.
Alter non insuauis, & in homine persepe
laudatur: qui tñ si modum excedit, ac ma-
xime fuscus est, & quasi nigrescit, Pres-
sus dicitur: ut quae aliquādiu sub prelo ue-
stis pressa nimium coloratur. Secus uero
fasciolae Coloriscae dictae fuerunt, quae nō
saturatae, sed uix colore aliquo illite e coro-
nis dependebant. Est aut̄ forma diminuti-
ua, ut Lycisca, Syrisca. Aquilum ueteres
hūc Fuscū a colore aque uocarūt, qui inter
nigrū est & albū: id quod Plato etiā docet.
Ateramon apud Philippos quondam uoca-
uerunt herbā in pingui solo fabas necan-
tem. Quidā pro Ateramon, Ateramnon

legunt apud Theophr. & Plin. Alij Aterama pro leguminibus interpretantur inobsequiosis & contumacibus. Quod genus seminis etiam Cerasbolon uocatur a Platone, superstitiosa origine, quasi sterilia & irrita proueniant, quæ per boum cornua ferenda cecidissent in terram.

ἄτεχνία, sterilitas, & liberos gignendi impotentia.

ἄτενεισ, qui rigent nimium oculis.

A T H

Athanasia. Quemadmodum herbis a diuersis rebus, et euentibus imposita sunt olim nomina, ita ex compositis medicamentis, quemadmodum est id cernere in libro compositio num Nicolai: ex quibus est & hæc Athanasia, ab immortalitate, quia perpetuo ualentes reddat ægrotos, sic dicta. Descriptionem eius lege apud Nicolaum.

Athanasia. Vide, Tanacetum.

Athamanticum, cognomen μῆου.

Athantos, Lychnis coronaria apud Dioscoridem libro. 3. capite. 113.

Atharatrium, compositum uidetur ab athara, & trio, quod placetæ genus est apud Plautum: dictum a folijs fici, quibus circumdatur.

Ather, in hordeo, ut Gal. interpretatur, crispis ipsa spicæ. Nam & menti inquit pars extrema hoc nomen habet, cum aristas non habeat.

Athera ex zea fit tenuissime molita. Est aut sorbitio quasi liquida pulicula, infantibus conueniens, et cataplasmatibus efficax, ut inquit Diosc. Aliter Plin. qui ex olyra dicit constare. Et Aetius, qui ex amylo. Non uidetur tamen a pulicula, nisi liquidiore habitu differre. Nec aliter quoque Paulus ægineta eam descripsit libro. 6.

ἄθηρα, tenuissima farina ex zea.

Athera, idem quod Atheronia, tuber, cui puliculae simile quid inest.

ἄθερώματα, capitis quædam hulcera sunt.

ἄθρηκτος, ὁ μὴ μεθύων.

ἄθρηξ, caluus. Pollux.

ἄθρωβολου, id est, crassioris glebæ. sic Bdelium improbat Dioscor. uidelicet, quod est in offas conuolutum, quemadmodum Ruellius conuertit.

ἄθυμία, tristitia, dolor, angustia animi, animi deiectio.

A T I

Atidis, Lege, Rhamnum.

Atilius, piscis ingens in Pado, inertia pinguescens ad mille aliquando libras. Catenato capitur hamo, nec nisi boum iugis extractus. Plinius libro. 9. capite. 15.

Atinia. Plinius de Ulmo scribens, sic refert. Græci duo eius genera nouere. Montosam, quæ sit amplior, Campestræ, quæ fruticosa. Italiaa Atinis uocat excelsissimas, et ex his Siccanas illis præfert, quæ non sunt riguæ. Alterum genus Gallicas. Tertium nostrates, densiore folio, & ab eodẽ pediculo numerosiore. Et quartum syluestre. Inter quæ Atiniæ non ferunt samarã (ita uocatur ulmi semẽ) omnesque e radicum plantis proueniunt, reliquæ semine. Hactenus Plinius, qui semen ulmi uocat samarã, quæ Amera uocatur a Colu. Proinde aut hic, aut illic dictio corrigenda: ne sit dissidium inter duos scriptores, quorum alter ex altero non pauca exscribit, uide Colu. li. 5. ca. 34.

A T L

Atlas, ultima colli uertebra. Sic dicta, quia onus sustinet.

Atlas Pamphiliensis, ex prisorum medicorum schola, citatur ab Galeno.

De Atlantis arboribus, & luxu mensarum quæ fiebant ex eis, uide Plin. lib. 13. ca. 15.

A T M

ἄτμιδες, i. uapores in corpore exhalantes.

A T O

Atocia, medicamentum apta faciendis abortiuis
Atocion, aranei genus lanuginosum, grandissimo capite, quo dissecto, inueniuntur intus uermiculi duo, ut inquit Plinius, qui adalligati, ceruina pelle, ante solis ortum, dicuntur mulieribus præstare ne concipiant.

Atocion, Lychnis agria, Diosc. li. 3. ca. 114.

ἄτόκων, non abortiuum medicamentum, ut quibusdam placet, sed quod sterilitatem facit. Manifesta significatione a partus priuatione, quæ in ea uoce est.

Atomos, Veratrum album, apud Dioscoridem libro. 4. capite. 151.

Atomos, Hyoscyamus. Dio. lib. 4. cap. 72.

Atomum thus, thuris fragmentum.

Atomia, sunt sensu imperceptibilia corpora, uti in radio solis, sed grossiuscula uidentur.

ἄτονία σώματος, infirmitas uirium.

ἄτονία, corporum defectio, uel debilitas.

ἄτονου τῆς γένσεως, quod gustu hebes atque ignauum est.

ἄτονώτερα, minus ualentia

A T

Atos, Bunium, apud Dioscori. lib. 4. ca. 125.
Aetonychon, Leontopodion, apud Diosc.
libro. 4. capite. 132.

A T T A

Attagon, maxime Ionius celebratur, uocalis alias, quondam existimatus inter raras aues. Plinius libro. 10. capite. 48.

Attagon Ionium, uocauit Horatius, quem Attagena Martialis, & Attagan Aristophanes. Plinio, uocalis est, & captum obmutescere ait. Sunt qui has starnas hodie uocatas putent. Quibus repugnat, quod starnæ uocales non sunt.

Attalum emplastrum, quod uulnerib. medetur, apud Celsum lib. 5. cap. 19.

Attalensis Athenæi sectatores (inquit Galenus) negant, aut calidum, humidumue statim uitio dandum, aut morbum ullum inueniri, qui calidus sit & humidus: sed omnino qui uel calidus sit & siccus, ut febris: uel frigidus & humidus, ut aqua intertus: uel frigidus & siccus, ut melancholia. Plura alia de temperamentis absurda statuerunt, quæ lege apud eundem libro primo de temperamentis.

Attalus, medicus.

Attegia, Lege. Scænæ.

Attuia, ulmi genus, procerius nostrate, frondemq; iucundiorē bubus præbens.

Attoniti, ijdem qui & Apoplectici, quibus mens & corpus stupet. Vide, Morbus attonitus.

Attritus sedis, i. παρατρίματα, morbus quæ aut Attrita, aut Intertriginē uocant.

A T R A

Atrabilaria, i. atræ bili obnoxia corpora.

Atractylis, Anemone. Vide Dioscoridē de Anemone.

ἀτρακτυλίς, spinæ genus, ex qua mulieres fusas sibi cōficiunt. Vtitur Theophrastus ἐιδυλίω, δ. Vide etiam Dioscor.

ἀτράφις, id est, Atriplex.

Atramentum scriptorium, siue librarium, sic sit, apud Dioscor. lib. 5. cap. 174.

Atramentum sutorium, id est, Calchantum. Vide de eo Dioscor. lib. 5. cap. 105.

A T R I

Atriplex, & Atriplexum, & Treplexum (nam his nominib. olim ueteres nominasse legimus) modo uidetur esse olus quod nos Spinaciam uocamus, Græce χρυσολίχανον dictum. Vide Manard. libro. 9.

A T

Epistola. 3. De Atriplice etiam lege Dioscoridem libro. 2. Plinium lib. 20. cap. 20. Columellam libro. 12.

A T R O

ἀτροφία, tabis species, ut inquit Celsus, ubi corpusculum minime alitur, & secundum naturam aliquibus semper decedentibus, nullis uero in locum earundem succedentibus, summa macies oritur, quæ cōficit tandem, nisi mature illi occurratur. Et est nutrimenti indigentia, unde uehemens ex defectu gracilitas: propter quam nō possunt crines crescere. ξηρασία aut est, cum lanuginosa est crinium superficies, similis his, qui sunt puluere discissi & dissoluti.

Atrophia oculi uocatur, ut inquit Gale. in Definit. quoties ex longa ualetudine, aut incerta aliqua causa, oculus quasi a sede sua motus, mox subsidens in radicib. eius dolore minor fit, & minus, aut nihil uidet. Athophia uocatur etiā paruitas oculi totius, & pupillæ, cum uisus imbecillitate.

Atrophia unde causetur, & eius cura uide apud Gale. lib. 34. Methodi.

Atrophia, insatiabilis fames, qua affecti cibum non sentiunt, sed tabe potius corpusculū cōsumitur quā alatur, Paul. li. 2. c. 51. ἀτροφούντες dicuntur Galeno de Valerud. libro. 5. quorum corporibus longo tempore nihil alimenti accessit.

ἀτροφων Græcis est, quod non nutrit, & quo in cibo utentes homines id non sentiunt, Plinius.

A T Y

Atypus. Lege. Morbi.

Atycon, Pœnorum lingua Plantago.

A V A

ἀνασισ, stirpium uetustas & senium. Gale. 1. de sanitate. Accidit autem inuitabilis hæc corruptela stirpibus & plantis, longeuitate temporis, ut in tabem soluantur. In animalibus Senium uocatur.

A V B

Aubion, Chelidonia. Dioscor. lib. 2. ca. 200.

A V C

Auca, Anser.

ἀυχῆσ, collum.

ἀυχενσ, collum.

Auctoratus, uindemiator dicebatur olim, id est, ad periculum conductus: qui operā suam in tam altas uites elocasset, ultra constitutā mercedem. Id quoq; stipulabatur:

A V

ut si deuolutus esset, funeris impensam do-
minus infunderet.

A V E

Auena græce, Bromos, uel Aegilops, apud
Dioscor. libro. 4. capite. 140.

Aueruncare, auertere, depellere.

Auem, genus appellamus pennatum, Ari-
stot. lib. 1. cap. 5. de natura animalium.

Aues Memnoniæ, accipitrum specie, carne
tamen abstinentes, in sepulchrum Mem-
nonis apud Ilium quotannis aduolant
quasi iusta illius umbræ reddentes.

Aues Diomedis, in insula Apuliæ, dictæ &
socioj Diomedis: quarum naturas lege apud
Solinum capite. 8.

Aues Carystiæ flammam impune inuolant.
de quibus Solinum uide cap. 17.

Aues externæ apud Plinium uocatae sunt,
lib. 10. cap. 49. starnæ, ut uulgo hodie uo-
cant. Locus Plinij sic habet. Aduenerunt
inquit, bellis Bebriacensibus ciuilibus in
Italiam aues externæ, quæ adhuc nomen
retinent, paulum infra columbas magnitu-
dine, turdorum specie, sapore gratæ.

Aues tardæ, id est, Otides aues, de quibus
uide Plinium libro. 10.

Auium nocturnarum genera. Nocticora-
ces, Bubones, Alucones, Noctuæ, Asto-
nes, Vlulæ, Vespertiones, Oti, Ciconiæ,
Craximulgi, Striges, Paræ, de quibus Pli-
nius, & Aelianus.

Auerrois Auicennæ coæuus, multæ erudi-
tionis Philosophus & Medicus, qui cum
maxima laude & ipse Aristotelis libros
est commentatus.

A V G

Augurium ex auibus futura prædicat: olim
celebre, præcipue Romanis.

Augustia, Leucoion, uel alba Viola, apud
Dioscor. libro. 3. capite. 139.

A V I

Auiaria, auium receptacula, & gallinaria.

Auiarius, dicitur pastor auium & custos,
quem uulgo gallinarium uocant. Vergi.
auaria ponit pro nemoribus quæ ab auibus
frequentantur, sic enim inquit in Geor. in
cultu rubent auaria baccis. Colu. li. 8. ca. 3.

Auicenna natione Arabs, patria Cardubē-
sis, e stirpe regia. Vnde a medicis Prin-
ceps uocatur. Extant eius hodie opera quæ
Canones & Cantica inscribuntur, Scripsit
& Metaphysicen.

A V

A V L

Aula, siue olla, arborum uicium quomodo
contrahatur, uide Theophr. lib. 4. cap. 16.
αυλωτοί apud Oppianum piscium genus,
interpretis exponit oculos habere oblon-
gos, quadam tibiæ imagine.

A V R

Aura, Centaurea minor. Vide Dioscoridē
libro. 3. capite. 8.

Aura Crocodyli, Liliū uulgare apud Di-
oscoridem lib. 3. cap. 115.

Aurata, pallidior statua, apud Catullū pro
iustico, et regio morbo laborante legimus.

Aurea Alexandrina, Alexandri cuiusdam
nobilis compositio, ab excellentia aurea di-
cta, describitur ab Nicolao Præposito, in
Antidotario suo. Sunt qui ab loco sic in-
scriptam uolunt.

Aurata, Lege. Piscium fere.

Aurelia quid sit, lege apud Dioscoridem
Heliochryfos.

Aureo, onis. Lege. Halimum.

Aureus color, ab auro nuncupatus.

Aures, neruis & cartilagine constant: ha-
bentque uim percipiendarum uocum, & eorum
quæ in eis sunt differentiam assument.

Auricula muris, abunde depicta est a nobis
in Germanico Herbario, & est apud Dio-
scoridem libro. 2. capite. 203.

Auricula muris, alsine, apud Dio. li. 4. c. 89.

Auriculam muris pingit quoque Plinius li-
bro. 27. capite. 12.

Auricularis, Aizoum maius apud Diosco-
ridem libro. 4. capite. 91.

Auripigmenti tria genera lege apud Dio-
scoridem lib. 5. cap. 112.

Auris est pars capitis in qua audimus, ita ut
nulla spiratio desideretur. Aristot. lib. 1.
de natura animalium capite. 11.

Aurora piscis, Lege. Piscium fere omnium.

Aurum coctum.

Aurum malleatum.

Aurum bracteatum.

Geschlagen
gold.

Aurifolium.

Aurum laminatum.

Sol laminatus.

Aurum obryzum a Græcis appellatur τὸ
πολλὰ κισ ὀψθερ, id est, multipliciter ex-
coctum. Inde obryzati nummi.

Auruspicina, ex extis, & corporis intera-
neorum interaneis maioribus prognosti-
cat: cuius repertor Tagus Hetruscus.

A X

A V S

Auspices qui sint, require in dictione, *μαυ-
τικήν* appellant.

Austeritas, corporis qualitas.

Austeri colores uocabantur olim omnes
præter Minium, Purpurissimum, Cinnaba-
rim, Armenium, Chrysocollum, Indicū,
nam hos floridos dixerunt.

Austri, Græce *νότοι*.

A V T

Autogenes, Narcissus Diosc. li. 4. ca. 164.
αυτόγενος, simila, cui nihil ademptum est:
panis qui ex omnibus farinae suæ partibus
detractio nulla constat. Vel, ut alijs pla-
cet, ex quo nihil furfurū decessit: quasi to-
tum in se triticum, nihil in minutū habens.
αυτοφία, propria cuiusq; inspectio. Sic Gal.
uocat libro de sectis empiricorum, theore-
mata & experientias.

A V X

Aux quid sit, lege, Absides.

αυξήσις, morbi ipsius augmentū, apud Ga-
lenum libro de temporibus morborum.

Auxiliaria signa sunt, quibus curationis ex
ipsis obseruata, recordamur.

Auxilium est, quod ad hominis salutem cō-
stitutum est, compositum quantitate, qua-
litate, ordine, & tempore.

Anxios ægros uocamus, qui accubitus nō
perferentes, figuras euariant. Hinc a Græ-
cis *τὸ ἀλύειν* positū, pro *ἐν ἀλῆ δυσφο-
ρίῃ*, id est, anxietudine obturbari moleste.
Quamuis etiā lætari designet, ut apud Ho-
merum. Vide Cælium lib. 6. cap. 26.

A X I

Axillæ, sinus sub summo brachio, Græce
μασχάλαι, unde et ducitur, et *ἀμφυμάσκα
λα*, id est, uestis manicata, uel seruilis.

Axina maior, Periclymenon apud Diosco-
ridem libro. 4. cap. 16.

Axinomancia, id est, per secures, dolabel-
lasq; facta diuinitio.

Axis, fera hinnuli pelle, pluribus, candidio-
ribusq; maculis, sacra Libero patri. Plini-
us libro. 8. capite. 21.

Axillaris uena, iecoraria ramusculus.

A X O

Axos, flos est spinæ eiusdem nominis, uene-
natus: de quo uide Dioscoridem libro. 6.
capite. 33.

A X V

Axungia, adeps suillus.

B A

A X Y

ἀξύγγιον, Axungia.

A Z I

Azimar, Spongryen.

A Z Y

Azymus panis, panis non fermentatus.

B

B A C

Baccalia, Lege, Laurus Baccalia.
Baccaris, Nardum rusticū, Plin. li. 12. ca. 12.
Baccar, id est, Asarum.

Baccaris, herba fruticosa, quæ in coronas ad-
ditur. Dicimus & Baccar, falso a quibusdā
uocata Nardum rusticū: cum Nardus ru-
stica sit Asarum. Plura de illa, lege apud
Dioscor. lib. 3. capite. 49. & inibi Barbari
Corrollarium. Baccaris inquit Gale, Hip-
pocrati quoddam unguentū Lydium est.
Non defuerunt, qui genus floris esse uo-
luerunt, quæ nos hodie Gariophyllum uo-
camus, sed de hoc abunde in Corollario.

Bachmindus, medicus citatur ab Galeno.

Bachius, medicus citatur ab Cælio Aureli.

B A D

Badius color. Vide, Puniceus.

B A I

Baia, et Spadices, palmarū cum fructu ter-
mites. A quo & color equino generi Spa-
dix, aut Spadiceus, & Phœniceus, hoc est,
palmeus. Vnde uulgo quoq; Baius. Alio
qui Phœniceus proprie is est, qui uermi-
culus & puniceus uocatur, ab Eusebio, si-
ue Hieronymo in Chronicis: nomen ha-
bens a Phœnia illo, qui literas inuenit, de
quo Plinius libro. 7.

Baius color. Vide, Balius, & Casius.

B A L

Balanus, uocatur id genus alui subducen-
dæ, quod clysteris loco subditur. A specie
glandis. Id, ut ait Pollux, ex adipe ac nitro
factitabatur parte plurima. Vtitur & *βα-
λανίσαι* uerbo Hippocrates.

βάλανος, glans.

βαλάνιον έλαιον, oleū quod fit ex unguen-
taria glande. Cæterū unguentariam glan-
dem Vergilius interpretatur Myrabolā-
non, & Myrepicon. Serus scholæ, & ue-
tus Pandectarum sutor illud interpretan-
tur oleum de Ben, uel Behen.

Balanus scordianus. Lege, Castanea.

Balanus Myrepica, id est, glans unguen-